diximus Apprehenda est pars patris que si fuerit in angulis vel succedentibus
et aspexerit eam aliquis dominorum dignitatum eius pars patris erit
hyleg quam pro dirigimus. Et sola dignitas aspiciens erit alcocoden
Et si non fuerit pars patris apta hyleg erit si aspexerit gradus
quarte domus aliquis dignitatum eius ipse quarte erit hyleg et planeta
dignitatis aspiciens erit alcocoden. In nativitatibus vero nocturnis incipiendum
est a saturno Deinde a sole post hec a parte patris ultimo vero a
quarta domo. In rebus vero matris et in nativitatibus diurnis incipiendum — Qualiter statum matris
est a venere deinde a luna post hec a parte matris ultimo a gradu
10e domus. Et in nocte vero incipies a luna deinde a venere post ea
a parte matris et ultimo a gradu medii celi per eundem sermonem quam
de patre ostendimus. Et quicumque fuerit horum dignior ipse erit hyleg
qui dirigitur in rebus matris et planeta dignitatis aspiciens erit alco
coden matris per quam cognoscimus quantitatem vite matris. Ceterum — Qualiter vitam patris cognoscenda
autem in nativitatibus diurnis dirigimus solem in rebus patrum si as-
pexerit ascendens ad corpora malorum et ad radios eorum per gradus
ascensionis dando cuilibet anno gradum unum. Si vero non aspexerit sol
ascendens dirigimus saturnum per eundem modum. Et si non aspexerit saturnus

Nota

Ascendentis per eandem similiter quod est decime domus dirigimus. In natiuitatibus
autem nocturnis incipiendum est a saturno, deinde a sole, post hec a decima
domo ut dictum est. Deinde aspiciamus annos ex hijs duabus directionibus
prouenientes qui si fuerint similes annis altercationem patris quam
in natiuitate filij extraximus. Vel post mortem patris eius in eodem
De parte vite matris — anno. Si autem dissimiles periculum solummodo erit. Vt in rebus matris
per modum consimilem operamur qui si fuerit natiuitas diurna incipiendum
est a venere que si aspexerit ascendens dirigimus ipsum per gradus
ascensionum ad corpora et ad radios malorum venientes quod dein
anni venient. Et si non aspexerit venus ascendens dirigimus lunam
per eundem modum luna si aspexerit ascendens. Et si nec ipsa ascendens
aspexerit dirigemus terminum quod est decime domus. In natiuitatibus autem noctur-
nis incipimus a luna deinde a venere. Vltimo a decima domo.
Et si fuerint anni directionis similes annis altercationem matris quam
in natiuitate filij extraximus mater sua in eodem anno morietur.
De dilectione patrum erga filios — Si non dissimiles fuerint periculum tantum erit. De dilectione autem concor-
dia filij cum parentibus scitur ex concordia dominorum super domum
patris et super ascendens et in discordia eorum. Si autem discordes
fuerint sequitur odium et inuidia inter eos. Et forte non erit
filius eius. Et si dominus ascendentis impedierit dominum quarte domus
filius fortassis interficiet patrem. Si autem sol in natiuitatibus
diurnis uel saturnus in natiuitatibus nocturnis et pars patris simul
aspexerint uel dominum eius et e contra uel odium erit inter patrem et
An ille qui nascitur est suus filius — filium et contra. Dixerunt etiam sapientes quod si dominus domus patris
si non aspexerit dominum domus filiorum. Vel sol dominum domus sue
Vel dominus partis patris patrem non erit natus filius patris illius.
De morte patris — Si non omnis ista aspexerit legitimus erit. Dixit quoque doro-
theus quod celeritas mortis parentum cognoscitur ex celeritate interi-
tus significatoris patris et matris sub terra. Primus enim descendens eorum
significator sub terra citius interierit. Vel si pars fortune in
signis masculinis impedita fuerit pater prius extremum claudet. Si autem
in signis femininis mater prius decedet. Sed cum altissimo patent.

Capitulum 13 de scientia desponsationis nati in tempore suo necnon de tempore et numero filiorum eius

Desponsationem nati dicunt auctores considerandam esse ex signo
7° et domino eius atque planetis existentibus in eo. Et venere
coniunctione et luna et parte coniugij et domino eius. Qui si fuerint
omnes siue hij significatores aut quidam eorum in angulis uel succedentibus
liberi ab impedimento et malis. Et coniunctionem siue aspectum habuerint
ad ascendens uel dominum eius habebit natus apte cum sponso. Dominus autem

Ascendentis applicatus dño 7ᵉ inquisicio nati in amore mulierum inuenit
Si aut ea° fuit contrarium eueniet Et scito quod venus est desponsacionum
dña vel coplexio eius calida et humida ipsius ideo quod si fuerit venus
in bono esse et dña coplexio eius in malo desponsacio erit bona principio
vel malo et econtra Venus quoque in signo mobili et precipue in cancro
vel capricorno propinqua stabilitas super viam mulieres fit Et si fuerit venus
in signo bicorporeo tunc natus bigamus erit Pars aut coniugii
et dñs eius si fuerint in angulis vel succedentibus liberi a malis et inuti
fortunis desponsacionem mulierum optimarum et pulcrarum fit Cadentes
vel et impediti Et sine fortunarum aspectu coplexionem cum diffamatis
vel meretricibus eueniet Et si fuerit venus in domo Iouis nobiles mu- b
lieres desponsabit In domo saturni fedas et antiquas In domo mer-
curii iuuenes vel ancillas Pars vero coniugii uxorum de qua loqui- a
mur accipitur hermetis in die et nocte a marte in lunam et proiicitur
ab ascendente Et pars coniugii mulierum secundum eundem accipitur in die et nocte
a luna in martem Et proicitur ab ascendente Si aut fuerit Venus
in domo vel exaltacione sua significat desponsacionem mulierum propinquarum vel
consanguinearum Pars etiam coniugii si fuerit in [illegible] impedita significat
sorori siue vel filie Si in [illegible] fuerit in signo fe. siue una adhabit
nate et luna in 10 fortassis anuncilam vel mulieres seruiles desponsa-
bit Tempus aut desponsacionis secundum dorothium cognoscitur in hunc
modum Si fuerit luna in quartis orientalibus iubet natus in iuuentute
In occidentalibus vero si fuerit in senectute Venus etiam directa in angulis vel
succedentibus fortunata nec impedita Et dñs coplexionis eius orientales
in locis aptis desponsacionis in iuuentute significat cum fortuna bona
Si aut Venus cadens fuerit et in combustione dñs quoque coplexionis eius in locis
malis et malorum aspectu tardam desponsacionem atque mulierem prenunciat
Deinde profectio signi ascendentis quod ad loca peruenit vel etiam ascendentis
Reuolucionis fuerit 7ᵉ radicis desponsacionem in eodem anno insinuat Et
si fuerit illud signum fixum uxorem unam Si communem aut bicorporeum
duas Et multe [illegible] plures ipsum desponsare significat Natus aut coplacionis
et coniugii erit quemadmodum diximus Cum fuerit venus in domo
martis Et mars in domo veneris erit natus immunde libidinis
Si venus in domo saturni et saturnus in domo veneris tunc con-
cubitum abhorrens mulierum naturam permutabit usum Venus autem
in domo mercurii et mercurius in domo veneris mulieres contempnens
masculos concupiet Similiter mercurius in domo saturni et saturnus
in domo mercurii turpis libidinis sic diximus eueniet Eodem quoque
modo si fuerit sol et venus et pars coniugii et dominus domus eius aut
plures significatores nati in signis fede actionis que sunt aries
et libra leo et capricornus supplicet natus in turpitudinibus et

An natus erit fecundus vel sterilis :-

Castimonie sterilitate. Venus quoque si martem aspexerit ex quarto vel opposito vel ei iungatur in eodem signo, fuerit quoque cum hoc mars in domo vel exaltatione sua, turpitudinis voluptas eiusdem signum est. Fecunditas quippe nati ac eius sterilitas ex signo undecimo et eius domino comprehenditur. Venus quoque ac Iove, pro natis futuris et dominus triplicitatis eorum, qui si fuerint aliquid vel ipsos in signis multorum filiorum liberi a malis aspectibus ascendentis ex angulis vel succedentibus plenum et filiorum productionem significat. Et si fuerint in signis paucorum filiorum fuerit quoque Iupiter combustus et Venus impedita erit natus sterilis absque liberis in omni vita sua. Et scito quod multitudo filiorum ex Iove et Venere est. Paucitas vero ex saturno et marte. Mediocritas autem a sole luna et mercurio. Retrogradatio nimium exitus cum multiplicatur filios multiplicat et cum directi diminuit.

Quo tempore habebit filios

Tempus vero filiorum cognoscitur ex statu filiorum dignitate, qui si fuerint orientales significat plenum in adolescentia. Occidentales autem in senectute. Vel si fuerit in medio celi aut in iuventute, si in 2a vero 3 et 8 in media etate, si 7 aut vel 7 similiter si fuerit in senectute filios generabit. Si ascendens filiorum in ascendente eos in iuventute ipsum habiturum fore si in medio celi in etate media si 7 aut in 7 iuxta finem vite

Consideracio revolutionum annorum pro filiorum

[illegible] in revolutionibus annorum capiat, quando fuerit Iupiter aut Venus ad locum partis filiorum aut ipsum aspexerit ex trino vel opposito ipsum plenum generationem in eodem anno designat.

Capitulum 1e de prosperitate peregrinationis nati

Aspicit autem rebus peregrinationis et itinerum aspice signum 9 ac dominum eius et planetam existentem in eo. Martem quoque ac partem itineris et dominum eius. Quoniam si plures ex eis fortunati fuerint vel saltim digniores vel eos et conjunctionem habuerit cum domino ascendentis erit natus exiens peregrinationes et itineribus lucro et utilitate. Quod si fuerint impediti erit cum labore et perditione. Si vero nullam coniunctionem habuerit cum domino ascendentis erit homo querens victum in quiete. Et si luna non aspexerit dominum domus sue significat exitium nati et eius vitam regi- onibus alienis. Si autem mali fuerint in domo 9 et applicati domino ascendentis dampnum significat et amissiorem ex itineribus provenire et erit

luna etiam applicata

natus peramens in legis observatione et fidei. Hoc et erit quoniam pro fidelitate in nativitate habuit impeditorum. Et dixerunt quidam quod si luna in 3a die nativitatis applicata fuerit marti, aut fuerit in eius domo vel [illegible] et aspexerit eam mars significat itinere mala. Et si in eadem die luna applicata [illegible] fuerit in [illegible] ipso quoque impedito a marte accident nato res horribiles in suis itineribus. Et si fuerit dominus 9e in ascendente occurrent

Occasiones quibus cogetur vel peritune longa. Et si fuerit dominus ascendentis
in 9a sponte perget. Mars quidem in domo 9 aut latrones pre-
dabit. Si vero saturnus naufragium patietur et serpens si fuerit
signum illud aqueum. Jupiter autem dominus triplicitatis domus 9e significat — De domino 9e nove domus
significat itinera et eius esse quibus bona vel mala erunt eius itinera
in lucro vel perditione. Ergo significat fidem et religionem secundum eius
bonitatem vel maliciam iudicandum est in secta vel religione nati.
Tercius quidem significat sompnia quia si fortuna fuerit et in bono esse
sompnia frequenter vera videbit. Si vero contrarium fuerit oppositum
diffiniet. Post hec aspiciendum est ad dominos triplicitatis martis. Illum ipsorum
illorum cuius esse et loci fuerint in tali tempore sua itinera erunt magis
prospera. Ita ut primo detur iuventus, secundo media etas et tercio senectus.

Capitulum 14 de magisterio nati ad quod aptitudine naturali inclinetur

Magisterium nati et eius rectitudo apud omnes ex medio
celi elicitur et ex sole in die. Et a saturno in nocte.
Aptate quoque magisterij nati et dominus eius. Quem ~~aut~~ aut
quidem eorum vel si fortior illorum fuerit in domo vel exaltacione sua habens
coniunctionem cum domino ascendentis erit natus multorum operum atque principes
serviens et perit in magisterijs altis et sublimibus. Et si nullum
aspectum ad dominum ascendentis habuerit erit natus ociosus et apud prin-
cipes regimentis modice. Et si dominus ascendentis applicuerit se domino medij
celi significat preceptum adipisci ex regibus et proprium studium atque la-
borem. Si autem econverso fuerit ut dominus medij celi applicans fuerit domino
ascendentis vel ex hijs preceptis evenient. Hec autem applicacio si fuerit
ex angulis consequentur dignitatem ex eis famosam. Et si dominus ascendentis
fuerit in angulis, dominus vero medij celi cadentibus significat natum esse famo-
sum et opus eius vile. Si autem econverso fuerit ut dominus medij celi sit
in angulis, dominus quoque ascendentis cadens significat opus magnum et natum
esse vilem. Et si ambo cadentes fuerint opus atque nati vilitatem
insinuat. Scito vero quod applicacio benivola inter dominum ascendentis et dominum
medij celi conferentem amicabilem inter natum et regem significat. Ma-
livola autem discordiam et odium. Et si non fuerit applicacio inter
eos et fuerit conveniencia inter solem et dominum ascendentis fiat eodem
indicium. Ex eum sic quod dominum medij celi dictum est. Si autem
contingit quod dominus plurium aliorum fuerit amicitas super ascendens
fuerit quoque in medio celi applicatus domino domus sue vel exaltacionis
coniunctionem cum regibus et principibus et ita res eorum prosperari significat.
Si vero fuerit unus de planetis infortunis dominus ascendentis et in medio
celi in fine huius, significat officium regium infra hec quod diximus.
Similiter si fuerit inter dominum ascendentis et aliquod luminarium et precipue

Auctoritatis applicatio quoniam cum decimo significat concessacionem
Luna cum regibus nati in exaltacione sua significat conversacionem
eius cum regibus ex qua magnam consequitur utilitatem. Si vero rece-
ptus non fuerit, sine magna utilitate erit. Respice quoque quemcumque planetam
cum domino ascendentis huiusmodi applicatorum, qui si fuerit in exaltacione sua
conversacionem cum regibus et principibus significat. Si in domo sua cum nobilibus
inferioribus. In casu autem (?) tolleracione vel facere amicitiam cum hominibus
pars magisterii
in gradu inferiori consistentibus significat. Ad hec respicienda est pars magisterii
nati et dominus eius qui si fuerit in apto loco ab ascendente liberatus a
malis et dominus ascendentis similiter designat natum esse ultra operibus et pau-
cis quietis. Et si dominus partis applicant se planete in exaltacione consi-
stenti altitudinem ingenii nati significat et valitudinem eius. In domo
sua infra hec. In reliquis vero dignitatibus minus. Et si contrarium
Magisterium nati ex 3bus planetis scilicet ♂
fuerit erit oppositum. Dicunt autem auctores quod specialiter magisterium nati ex
♀ ☿
3 planetis marte scilicet venere et mercurio sumi significat. Ideo est considerandum
natura signi in quo predicti planete fuerint. Et quis plurimum ascen-
derit ante solem. Et qui predictis applicantur. Et si nullus ex hiis
ante solem ascendit non erit sibi ars illa quam ille planete suggererent.
Qui ante solem surgit planeta significat et post ♄ (?)
Dicunt autem plurimum sunt esse Saturnus cum fuerit in signo terreo for-
tunatus et domini trium predictorum applicatus significat construccionem domorum et agri-
culturam. Si autem infortunatus fuerit fossor vel kec venator erit.
In signo igneo de vena metalli. In domo sue descensionis pur-
gator stercorum et cotum mundator erit, dum domini trium predictorum
fuerit applicatus. Si vero fuerit in signo aqueo erit nauta gubernator
navium vel coriorum aptator. In signo aereo erit balneator.
♃
In sua exaltacione venator. Magisterium Iovis est iudicare et fidei
♂
placitorum lites commissionum census et ofidam (?). Magisterium martis est
bellum, invasio et percussio qui si fuerit in exaltacione sua dux belli
erit. In signo igneo faber. Et si venus cum eo aurifaber. Si mercurius
monetarius. In signo terreo carpentarius vel figulus. In casu suo
vel detrimento flebotomator. In signo humano sartor. In signo
☉
vero aqueo navium compositor. Solis artificium est placare (?) et imperium super
♀
alios. Veneris officium est canere psallere sonare (?) pingere et pannos au-
☿
reos componere. Mercurii ingenium est scribere et mercaturam exercere. Lune
☽
vero officium est negociari emere et vendere. Et hec significant hec planete
De ♂ existente in angulis
cum coniuncti fuerint vel eis mediocris (?) vel eos aspexerint. Si cum fuerit
mars in angulis et presertim in ascendente vel medio celi periclitabitur
natus cum suis operibus et officiis et fortassis flagellabitur eius corpus
♄ in angulis
et vincietur. Similiter saturnus in angulis in morte captivabitur natus
et fortiter vincietur cum suis operibus atque cruciabitur. Et saturnus in ascendente
in nativitate mortuum suscitat (?) per cum angustia erit et solitarius

Atque gulosus. Tempus autem magisterii eorum atque officii scitur
ex sole et dominis triplicitatis eius qui si fuerit sol in locis orientalibus
erit in iuventute, si in occidentalibus vero circa finem vite. Et domini triplicitatis
solis omnes si fuerint fortes et magisterium significantes tunc tempus dignitatis
et profectum in magisterio secundum tempus incipientis seu debilitatis. Scito
etiam quod in quocumque anno pervenerit ascendens radicis ad signum medii
celi fuerit que in eo ex planetis magisterii significantibus renovabit natus
magisterium et officium suum secundum substantiam planete existentis ibidem

Capitulum sedecimum de secta amicorum et adversariorum nati

In rebus amicorum nati aspiciendum est signum undecimum et in
eo existentes. Item partem amicorum ac Venerem, qui si fuerint fortes
et in bonis locis applicati domino ascendentis, ex amicitate multi-
tudinem amicorum et benivolentiam eorum significant et econverso. Et si fuerit dominus ascendentis
in xi° vel dominus xi^e in ascendente, erit fortunatus in dilectione ab hominibus
Et si fuerit [illegible] in xi^a diliget eum plus senes servi et rustici
Si Iupiter iudices et divites. Si Mars principes duces atque bellatores.
Si Sol reges atque nobiles. Si Mercurius scriptores negociatores atque sa-
pientes. Si Luna vulgus atque plebs tota. Et scito quod natus adipi-
scetur bonum vel malum ab amicis secundum fortitudinem seu debilitatem fortune
quorum vel malicie planete eorum significantis. Et si fuerit dominus ascendentis appli-
catus domino xi^e vel econverso fuerit que receptio in signo mobili, significat
mobilitatem amicicie inter ipsum et amicos, in communibus pluralitates
alterantur, in fixis vero stabiliter. Si autem dominus xi^e non respexerit
domum suam vel Venus dominum domus sue, vel dominus partis amicorum
partem, erit natus omnibus separatus et solus. Dixit quod Ptolomeus
et alii sapientes quod cum in duabus nativitatibus fuerit locus solis
in nativitate unius in loco lune et in nativitate alterius vel econverso erit
inter eos firma dilectio. Similiter si loca luminarium fuerint similia in
utraque nativitate. Et si locus solis in nativitate unius respexerit
locum solis in nativitate alterius diliget se, tunc unus quem superdiximus
sit aspectus amicitie, sin autem nichil. Sic et de luna dicendum est
Et si in utrarumque nativitate fuerit planeta fortunatus in uno loco
proficient ambo et equabuntur in eadem re que est de substantia planete illius
Si vero infortuna fuerit angustiabuntur ambo in ea similiter. Et si fuerit
pars fortune utriusque nativitatis in uno loco, alter alteri proderit et
econtra. Et si in duabus nativitatibus fuerit planeta fortunatus unius
cum planeta infortunata alterius in eodem loco, ille cuius fuerit
infortuna nocebit alteri licet sibi ab alio bene erit. Si autem

De tempore magisterii

a quibus diligetur

An natus ab amicis habebit amicos firmos

De luminaribus

Amicicia nobilis

Qualiter in amicitia et inimicitia

In duabus nativitatibus fuerit dominus 11e in 10o vel opposito domini ascendentis
alterius erit pax et concordia inter eos. Si autem fuerit ascendens 3a sui so-
cii, sexta sui socii, septima inimicus, 10o sui domini, vel 11 ab ascendente
sui amici fuerit eis aliquanta verum conjunctis amicitiam alterius in
aspectu benivole durabit in amicitia absque contentione. Sed
inimicitiates nati ex 12a et domino eius et a planeta cuius aspiciente
a parte inimicorum et domino eius et a saturno cognoscitur. Ideo appi-
ciendum est fortior ex ipsis. Qui si coplanati fuerint cum domino ascendentis
habebit natus adversarios quos vincet, si fuerit fortior dominus ascendentis
domino 12e et eius. Si vero inter eos aspectus non fuerit. Erit natus
paucorum adversariorum. Et si fuerit dominus ascendentis in 8 et impediat
eum dominus 12e morietur natus per manus adversariorum et maxime
si fuerint impedientes mars et eius. Et aspice locum ubi ceciderit
pars inimicorum quia natus odio habebit res signi illius et ima-
ginem illam tenenti signorum

Capitulum 1 de genere mortis nati et tempore eius

Quia vero de hiis que humanis actibus finem imponunt
restat pertractandum. Est igitur sciendum quod egritudines notoria
sumuntur a domo sexta et domino eius vel planetis in ea
existentibus, a parte infirmitatum et domino eius et a luna. Qui si planete
ex ipsis fuerint infortunate et in angulis vel succedentibus vel saltim
a malis infortunati et combustiones habuerint cum domino ascendentis
designat egritudinem multiplicem et eius. Si autem fuerit saturnus dignior
ceteris vel dignior illis a saturno fuerit impeditus erunt eius
infirmitates ex causa frigida et sicca ut epilencia paralisis
cancer emorroide pedagra et ydropesis. Si vero fuerit mars
dignior ipsorum vel dignior inter fuerit illos a marte
impeditus fuerit eis in angulis et impediat dominum ascendentis significat
morbos acutos ex colera et sanguine provenientes ut frenesis
febres duras acutas et huiusmodi. Similiter si fuerit mars vel
saturnus in 10o ab ascendente vel in sexto a luna aut in
10o vel opposito horum locorum significat egritudines quasi diuturnas.
Et si fuerint in hiis locis fortune et aspiciant ascendens vel dominum
eius fuerit eis luna et dominus domus eius liberi a malis fit
salute nati et incolumitatis eius. Cum autem elevatus fuerit mars

Elevatio martis super saturnum

super saturnum eger erit natus et debilis. Si autem e contrario fuerit sangui-
neus erit et fortis. Et erit impetum circa partem illam corporis
quam monstrat signum quod tempore nativitatis fuit impeditum

Amplius autem in quorum nativitatibus in configuratione luna in ... [luna ☿]
fuerit corporis illorum ascendenti fuerint epilentici. In similiter ergo ea fuerint
maniaci et insensati si in nativitate nocturna fuerit saturnus
in angulo et mars in die. Et peius si fuerit angulus
ille cancer virgo et pisces et econtra. Dixit quoque her-
mes quod oculos amittet scilicet in omni nativitate luna ierit [hermes]
ad meridiem et infra non poterunt deli [illegible] ab im-
pedimento gravi in qua nativitate luminaria fuerint
impedita. Cum luminaria iuncta fuerint corporaliter ambobus [Configuratio luminarium infortunatis]
infortuniis vel uni eorum patietur natus in oculis donec
transierint 36 anni postea liberabitur. Luna in angulo [luna in angulo]
occidentis et maligni orientales ascendentes, dum ipsa descen-
derit perdet oculum sinistrum. Et si erat solem oriens surgit
perdet oculum dextrum. Si autem luminaria fuerint opposita et ma-
li orientales ascenderint ante solem, vel occidentales ascen-
derint post lunam oculum utrumque amittet. Mars quoque in
ascendente in nativitate diurna vel saturnus in nocte iunctus soli [Mars in ascendente]
vel lune vel ipsis opposite dictis causis debilitates vel defectus sunt.
Sunt et quaedam loca stellarum fixarum in 8a spera que significant [De stellis fixis]
oculorum azemenas dum fuerit luna cum eis ut pliades et
caput algol in tauro, presepe in cancro, spina scorpii, sagitta
sagittarii, cauda capricorni et fusorium aquarii. Cum autem
fuerit sol in [illegible] azemene erit debilitas in oculo dextro si luna
in sinistro. Sol in angulo in nativitate diurna cum saturno vel [Sol in angulo cum saturno]
in eius quadrato aut opposito erit macula in oculo dextro nisi venus
ante solem respexerit. Sic et de luna dicendum est in sinistro. Si autem
mars cum sole existente in angulo [illegible] fuerit pariter in oculo
ictum et maxime si fuerit mars in signo humano. Saturnus in signis
aquaticis oculos lacrimabiles facit. Dixit ergo abraham cum fuerit [Abraam de cauda in ascendente]
cauda draconis in ascendente nativitatis excecabitur natus et secundum dista-
tiam ab a gradu ascendentis erunt anni ut si fuerit 10 gradus ab ascendente
cecabitur in 10 anno et sic de aliis. Cum in ascendente fuerint infortune [De infortunis in ascendente]
erit turpis macula in facie. Mercurius in domo saturni vel in eodem
signo cum eo aut in eius quadrato vel opposito gravitatem lingue facit. [De nato impedite lingue]
Et si mars mercurium aspexit impeditum lingue solvit. Similiter mer-
curius retrogradus vel combustus linguam nati impedit. Mercurius quoque in
signis voce carentibus vocem facit surdam et submissam. In signo vero
humano sonora et valida. Venus ergo si fuerit [illegible] et in
opposito saturni natum facit surdum. Et qui directio hylech pervenit ad sa- [De directione ylech ad saturnum vel caudam]
turnum vel caudam in tauro accidet ei squinancia in gutture et suf-
focacio. In scorpione urine retencio. Et cum fuerit venus impedita

Venus a ♃ et ♂ impedita — A saturno vel marte sive fortunarum aspectu absciderentur et testiculi
lune cum saturno in signo aquo sit sive aspectu leprosus erit /
Sol infortunatus sub terra nocumentum pulmonis facit atque hic non
epatis Saturnus hic non splenis Mercurius hic non fellis / Cum
de parte azimene — autem pars azimene fuerit in pectore ascendentis et luna iuncta cum ea
vel dominus ascendentis erit azimena in membro quod sub pectore illius
signi cadit / De hiis autem pectoribus in 2o libro diffusius pertractabitur
Si autem dominus ascendentis fuerit cum domino sexte in eadem domo egrotativus
erit / Dixit quidem infortune orientales si fuerint egritudines in iu-
Sol ♂ — ventute signant occidentales vero in senectute / Et quod si aspexerit sol partem
fortune et fuerit dominus partis sub radiis natus cadet ab alto / Quando si
Lapidabitur in [illegible] — caput iunctum fuerit infortuniis in 8a domo cadet natus ab alto lapis
ad ossium confractionem /

De occasionibus mortis

Porro in occasionibus mortis que sequuntur egritudines aspiciuntur
signum 8m et dominus eius / signum vero [illegible] et dominus triplicitatis
eius primus / pars quoque mortis et dominus eius / Et residentes planete
ibidem existentes boni vel mali / Signum eorum octavum a sole et
luna et domini eorum / qui si plures illorum qui potestatem habuerit
in hiis locis salvi fuerint ab impetu malorum a retrogradatione et combustione
De signification[e] in hiis locis existentibus — signat mortem naturalem nati et ad senectam et cetera / Si vero saturnus
in hiis locis dignior ceteris fuerit non impeditus signat mortem ex langwo-
♃ — ribus frigidis et siccis / Si vero impeditus fuerit erit ei mors ex nive frigore
vel aqua / Si autem Jupiter omnium dignior fuerit erit ei mors ex do-
♂ — lore epatis pulmonis et stomachi / impeditus vero precepto regis vel
ipse morietur / Si mars ex illis dignior fuerit non impeditus erit
☉ — mors repentina ex egritudine calida / impeditus vero per ignem seu ferrum
vel per instrumentum bellicum peribit / Sol autem si dignior fuerit non impeditus
♀ — ex causa occurrente morietur impeditus vero a rege vel potentibus Vel
a cordis dolore seu stomachi morietur / Cum autem Venus dignior
☿ — fuerit non impedita ex dolore ventris / impedita vero ea luxurie seu
veneno peribit Et si Mercurius dignior fuerit in locis superioribus non impeditus
☽ — ex frenesi et diversis doloribus mors erit / impeditus vero sine naturam impetus
erit / Si cum luna dignior fuerit non impedita erit ei gulositas causa
mortis aut lagena / impedita vero 2m naturam impediens mors erit /
Et si Mercurius in octavo fuerit impeditus natus in carcere morietur Et si saturnus
In qua terra morietur natus — in 8 impediatur natus includetur vero et hic non in 8o precipitium
pacietur / Cum autem pars mortis et domini eius fuerint in domibus vel exaltationibus
suis liberi a malis morietur in partibus et propriis / Si vero impediti
fuerint a malis et peregrini erit mors eius in locis extraneis et
peregrinis / Si vero cadentes fuerint cadet ab alto loco et morietur
Et si in descensione sua fuerint cadet in puteis vel aquis profundis
Si retrogradi lapidabitur vel simili vere morietur / Cum luna

Luna nocte vel sol in die fuerit in quadrato malorum morte mala significat. Si autem luna iuncta fuerit soli aut opposita, illo igne morietur. De domo 8 et qua morte natus morietur

Similiter de marte dicendum est. Dixit etiam mars cum cauda draconis coniunctus in duo ascendens in loco non mars dignitatem habuit in ascendente vel fortuna fuerit in 8 comburetur natus. Mars in 8 impediens domini 8 ferro peribit. Saturnus ibidem aspectus in similiter loco aut in 8o signo a sole vel a luna in carcere morietur. Mars cum capite draconis in 8o suspendetur. Mercurius ibidem cum cauda propter veneficium maleficium vel nigromanciam ingenium interibit. Et dixit astrologus cum fuerit mars iunctus capiti algol. De capite algol

et fortuna non appareat gradus ascensionis vel fuerit in 8 fortuna. Et luminare ambo fuerit in opposito martis. Vel in cauda eius capite natus decollabitur. Et si luminare ambo fuerit in medio celi suspendetur. Si autem aspexerint se mali ex geminis vel ex piscibus amputentur sibi pedes et manus.

Si autem Saturnus fuerit in medio celi luminare ambo in eius opposito in 4a domo fuerit quarta domus signum firmum morietur natus sub ruina. Si aquaticum in aqua submergetur. Si vero humanum suffocatur vel suffragetur. Si autem in 8 fortuna fuerit pericula periculum evadet sine morte. Si vero significatores mortis fuerint supra terram in signis aereis suspendium vel volatum patietur. Si vero sub terra extiterint erit mors eius occulta ex casu alicuius rei de super cadentis vel submersione. Si vero in signis igneis fuerint cremabitur. Dixit etiam Hermes quod si dominus 8i fuerit in 1o impeditus effusione sanguinis interibit. Et super omnia diligenter. Saturnus in 10 celi

Notandum est quod in cuiuslibet nativitate fuerit fortuna recepta in domo 8 aut in duodecima aut in angulo terre malam mortem prohibent. Et si in hiis locis recepta malorum fuerit mortem extraneam significat et mars propter ignem vel ferrum. Saturnus propter ruinas et parietes precipitacionis que sunt significaciones eorum appropriate hermes

Capitulum decimum octavum de scientia revolvendi annos nati ad esse boni vel mali

Et scitur nativitatum summam vel revolucionem, tibi vel aliud posuimus hic quod sapientum auctoritas edocuit. Nunc vero de revolucionibus annorum nati breviter pertractemus. Est autem revolucio anni nati reditus solis ad eundem punctum in quo fuit tempore nativitatis. Ad hanc igitur horam aptam ascensus et planetas in dextram qua in revolucionibus annorum mundi diximus et qui est dominus signi profectionis ab ascendente radicis per quemcumque dominum anni per eundem modum ibidem traditum. Videas etiam in quibus locis cadit dominus anni et dominus radicis signi profectionis et caelum et aliter ple

Et aspice fortitudinem et debilitatem eorum et quomodo se se aspiciunt
vel veniunt figura revolucionis sit similis figure radicis. Nam ut
dicit Hermes optimum esse et potencius erit natus ille cum annus revo-
lucionis sit similis radici et eius circulus in eadem disposicione vel similis
in qua fuit hora nativitatis. Hec est ii radix per quam cognoscere
poterimus quod in anno eodem de ipso sit futurum secundum cursum naturalem.
In quarta ii revolucionis applicuerit annus ad signum in quo fuit
Saturnus in tempore nativitatis, fuerit quoque Saturnus in eo aut ipsum aspexit — quando pervenit ad signum nativitatis
ex tetragono vel opposito, fuerit quoque Saturnus in angulo vel succedente sequentur
infirmitates frigide et melancolice, et alie occasiones que
Saturno consequuntur. Et si infortune Saturnum tunc as-
pexerint periculum auget, fortune vero diminuunt. Hoc autem verum
Hermes — est si in radice nativitatis periculum minabatur. Tamen ut dicit Her-
mes: Dum pervenerint infortune in revolucione … quod conveniens
non nocebit nisi fuerit eius signum in radice nativitatis. Hoc autem
♃ in reliquis pari modo intelligendum est. Si quis pervenerit annus ad signum
in quo fuit Jupiter in hora nativitatis, fuerit quoque Jupiter in eodem signo
vel ipsum aspexit ex trino vel sextili dignitatem et laudem recipiet
cum felicitate in eodem anno. Si si fuerit ex tetragono vel opposito cum dig-
nitate … et labore, et hoc … esse dico si Jupiter in radice
nativitatis aliquid … promisit. Fortune enim Jovi in hoc casu
♂ respicientes vel locum eius bonum augent, mali vero prohibent. Si autem
annus applicuerit ad signum radicis Martis fuerit quoque Mars in eo aut ipsum
ex tetragono vel opposito respexit erit timor in eodem anno de occasionibus
ad mortem pertinentibus. Et sunt … percussio ignis febres acute
et … si Mars in nativitate ad ista promisit vel ostenderit.
☉ Benivole fortune aspicientes timorem auferunt vel diminuunt.
Et dum pervenerit annus ad signum radicis Solis fuerit quoque signum
illud angulare in nativitate vel revolucione inveniet
bonum a rege si fuerit solus, vel a parentibus si fuerit … vel a
mulieribus si fuerit … Aut erit sanitas sui corporis et rerum
prosperitas si fuerit … Et hoc si fuerit Sol in radice et revo-
lucione fortunatus et ad horum promisit. Si autem infortunatus
♀ fuerit detrimentum ex his inveniet atque dampnum. Si autem
pervenerit annus ad locum Veneris radicis erit ei gaudium et
leticia et his que ad … Veneris pertinet si fuerit fortunata
☿ sin autem nichil. Et si ad locum Mercurii pervenerit annus fuerit
quoque Mercurius in eodem vel ipsum aspexit ex trino vel sextili
habebit quoque convenientem … cum Jove vel Venere …

Cuius infectus pervenerit quod ad magisterium vel officium acquirit et
in mercantiis lucretur. Si autem pervenerit annus ad locum in quo luna
fuit luna tempore nativitatis fuit quod luna in die aut ipsum
locum ex 3° vel 6ta aspexit absque malorum impedimento significat
equalitatem sive complexionis lucrum in matrimoniis et gratias
vulgi et eorum. Si vero ad locum capitis pervenerit annus fuit quod
caput ibidem et Jupiter cum eo vel ipsum aspexit cum exal-
tatione et gaudio in eodem anno fit. Ad locum caude draconis
si pervenerit annus fuit quod cauda in die ibidem cum aspectu
malorum 4° vel opposito dampnum per inimicos et exules significat.
Quia prima domus esse nati accipitur ex directione signi ascendentis
ad loca fortunarum vel malorum, ideo quod in revolucionibus annorum
nativitatis dirigimus ascendens. Ad sciendum esse annorum nati ad fortunas
et malos per omnia 49 annorum et 8 et ad diem unum. Et qui devenerit
perfecto ad fortunam fit incolumitatem prosperitatem aliis perfectum.
Cum vero pervenerit ad malos significat infirmitatem amissionem aliis
dampnum. Et accipe in directione ascensionis ascendentis ad omnes 30
gradus annum unum sic nosti. Deinde scias distanciam inter gradum
mali vel radios eius qua inuenta per se et unum unum et super
eundem cum directione illos tractare. Et si fuit fortuna significat
incolumitatem sive complexionis et equalitatem necnon gaudium et utilitatem
secundum complexionem illius fortune in vita. Et si fuit in domo sue sit sibi
in domo 10 regum et bona a rege et sic de aliis. Deinde dira-
ge cum signi ad bonos vel ad malos secundum eundem modum per omnibus
49 annis et 8 diebus dire unum. Et videtur quod si in revolucione anni fuit
dominus terrie in 10 ab ascendente nativitatis aquarius fuit eo in eodem anno
morietur. Similiter si dominus 2e radicis nativitatis fuit in 10 revolucionis
eo quod sit 8 2e ascendentis sic est faciendum de aliis. Preterea quidam ex
sapientum dicunt quod cum volueris scire ascendens nati ad sciendum esse nati
eius per hunc modum debeat dirigi. Subtrahantur gradus ascendentis
a gradu planete immediate subsequentis vel radiis eius. Et si fuit
planeta vel radii eius in eodem signo cum gradu ascendente dicas
quod ascendens disponit natum per complexionem vel aspectum planete subsequentis
per tot annos quot sunt gradus inter illos. Et si fuit planeta
vel radii eius in 2° signo ab ascendente dicas quod ascendens secundum
naturam suam disponit eum per tot annos quot sunt gradus usque
ad finem signi ascendentis. Deinde ascendens per complexionem vel radios
planete in 2° signo existentis disponit per tot annos quot sunt
gradus ab inicio 2i signi usque ad planetam vel radios eius.
Si autem in gradu [illegible] ascendentis fuit planeta non erit opus ascendenti

luna

☊

☋

De anno fortunato
et infortunato et directione
et qui nato fortuna
eveniet et quando infortunium

In dexteram(?) ps pla taliter eodem modo dirigatur. Deinde subtrahatur locus planete vel radiorum ad que ultimo peruenit directo a loco planete eorum subsequentis vel radiis eius et remanet distancia inter illos. Tunc pla vel radij cuius anterior erat locus disponit natiuitatem p tot annos p quantum vel radios pla subsequentis quot sunt gradus inter illos. Et sic consequenter procedendo usque ad finem 12 signorum. Notandum est quod si pla a quo sit directio et ille ad quem dirigatur non fuerint in eodem signo nec erit eis spacium. Pr... anterior p gradum natiuitatis disponit usque ad finem signi in quo est. Deinde ille qui in ultimo planete subsequentis disponit p gradibus reliquis. Quidam autem multiplicant gradus inter planetas vel eorum radios inuentos p 12 secundum quod omnibus 30 gradibus datur annus unus et dicunt quod tot dies disponit pla a quo fit directio quot exeunt in producto. In reuolucione autem anni predictum sequimur modum videlicet dirigendo gradum ascendentis reuolucionis ad planetam vel radios proximiores et dicimus quod ascendens vel pla si in gradu ascendentis fuit disponit eum in natiuitate subsequentis p tot dies quot sunt gradus equales inter illos. Et sic consequenter p omnes aspectus secundum modum superius dictum nisi quod ibi p gradibus distancie sumuntur anni hic autem dies, et in aliis non differt. Amplius autem dominus orbis i. dominus hore natiuitatis considerabitur. Debet quod dominus hore prime ascendenti in anno primo natiuitatis et significabit p esse illius sanitatem et infirmitatem corporis nati sicut p dominum ascendentis significabantur in radice. Deinde debet dominus 2e hore domini 2e ab ascendente in anno secundo et significabitur p esse suum in 2o anno esse substantie atque lucri sicut p dominum substantie radicis significabatur. Deinde dabis dominum 3e hore domini 3e ab ascendente et significabit p esse illius in 3o anno esse fratrum et sororum sicut p dominum 3e radicis significabatur. Eodem modo fiat p dominum 4te hore in 4to anno ad esse patrum, et p dominum quinte hore in anno 5to in esse filiorum. Et sic consequenter usque ad finem vite. Hoc est autem unum de secretis ~~ut dixit hermes~~ et occultis sapientum babilonie ut dixit hermes quod non nisi mentibus communicare solebant.

Explicit summa quinta

	longitudo			latitudo					longitudo			latitudo			
	S	G	M		G	M			S	G	M		G	M	
Corona v	0	28	13	Aº	7	20	o2 p	Cor o2	4	23	3	Aº	0	10	o2
Capt algol	1	21	13	Aº	23	0	o2 p	Cor III	4	4	13	Me	4	0	o2
Alochora	2	4	12	Me	9	10	o2	Sagitta	4	26	13	Me	6	30	p o2
presepe	4	1	73	Aº	0	10	o2 3	Hubes	9	6	43	Me	0	44	o2 3
Ando o2	4	51	41	Me	12	0	o2 p	poplex	11	3	42	Aº	63	44	o2 3
Hec tabula e uerificata p anno 1476								Simeg eq	11	23	41	Aº	31	0	o2

Tabula de annis firdariis

	Anni lune	anni Sol		Ani	d	h	m
Sol			Sol	1	156	10	25
			Venus	2	312	20	51
			Mercurius	4	104	7	16
			Luna	5	260	7	42
			Saturnus	7	52	4	8
			Jupiter	8	208	14	34
	75	10	Mars	10	0	0	0

	Anni	Anni		Ani	d	h	m
Saturnus	0	0	Saturnus	1	0	0	0
			Jupiter	3	0	0	0
			Mars	4	0	0	0
			Sol	6	0	0	0
			Venus	7	0	0	0
			Mercurius	9	0	0	0
	20	41	Luna	11	0	0	0

				Ani	d	h	m
Venus			Venus	1	52	3	26
			Mercurius	2	104	6	52
			Luna	3	156	10	17
			Saturnus	4	208	13	42
			Jupiter	5	260	17	8
			Mars	6	312	20	34
	62	18	Sol	8	0	0	0

				Ani	d	h	m
Jupiter			Jupiter	1			
			Mars	3			
			Sol	5			
			Venus	6			
			Mercurius	8			
			Luna	10			
	32	63	Saturnus	12			

					d	h	m
Mercurius			Mercurius	1	0	0	0
			Luna	3	0	0	0
			Saturnus	4	0	0	0
			Jupiter	7	0	0	0
			Mars	9	0	0	0
			Sol	11	0	0	0
	17	31	Venus	13	0	0	0

				Ani	d	h	m
Mars			Mars	1	0	0	0
			Sol	2	0	0	0
			Venus	3	0	0	0
			Mercurius	4	0	0	0
			Luna	5	0	0	0
			Saturnus	6	0	0	0
	39	70	Jupiter	7	0	0	0

				Ani	d	h	m
Luna			Luna	1	104	6	51
			Saturnus	2	208	13	42
			Jupiter	3	312	20	33
			Mars	5	52	3	25
			Sol	6	156	10	16
			Venus	7	260	17	8
	9	40	Mercurius	9	0	0	0

			Ani	[illegible]
		Caput	3	
	447	Cauda	2	[illegible]
[illegible]		Luna	4	4
		Mercurius	10	14
		Venus	4	22
		Sol	20	42
		Mars	14	71
		Jupiter	12	69
		Saturnus	30	99

Summa sexta de magisterio interrogationum continentibus capitula

Magisterium sive interrogacionum genia de his que sunt inte-
riorum et possibile ut ait philosophus. Agitur in primis advertendum
est quod rerum dubitarum quedam sunt nature et quedam possibiles
Res nature dubitabiles in duo dividuntur. Quedam enim future sunt
quarum veritas ex natura dependet motus. Ut si quis interroget de
eclipsi solis quo tempore fiat aut de mutacione aeris et huiusmodi que
sub questione sive interrogacione directe non cadunt. Quedam vero sunt
res nature dubitabiles quarum veritas iam determinata est ad alteram partem
apud rerum naturam ut si quis interroget de absente an sit mortuus
vel vivus. Vel utrum rumores sint veri vel falsi. Vel de epistola
recepta a aliqua persona exierit an a rege vel ab alio. Vel
de muliere que iam se sentit peperisse aliquem puerum peperit an mas-
culum vel femellam. Talia vero sive per celum significantur.
Minimum non est eo quod veritas eorum ad partem alteram iam est deter-
minata ut dictum est. Futurorum autem possibilium duo sunt modi. Quedam
enim sunt que sub libero arbitrio non cadunt. Quedam autem sub arbitrii
libertate et remanent. Primus modus subdividitur. Nam quedam
eorum sub sua revolucione cadunt. Ut si quis querat an erit
gravitas vel levitas annone in hoc anno. Quedam vero sunt que
ex sua nativitate cognoscuntur vel utrum talis acquirat regnum
quod sperat vel ad talem promoveatur dignitatem. Talia namque ex parte
radicis nativitatis accidunt homini. Qui si nativitas eius fuit nota
Non erit nobis ad hoc interrogacio necessaria cum nativitas sit radix
fortior quam interrogacio. Si autem ignota fuit nativitas vice ponitur
interrogacio pro radice. Nam ut dicit Hali. Necessitates sunt
naturales interrogaciones ad res naturales sunt similes. Cum
enim homo de se ipso interrogaverit fuit quasi motus pro celum cum intencione
radicali. Iam provenit ex nativitate sua ad bonum sive ad bonum
malum quod per eius nativitatem significabatur. Similitudo vero animi
hominis hora interrogacionis erit secundum similitudinem celi. Et cum celum
in eadem hora secundum intencionem eius querere ex figura celi hora
interrogacionis convenientem esse figure celi sive nativitatis accipimus
non erit necesse intencio radicalis quod certum ex figura celi apparendi sit
ut infra dicetur. Et operum rerum possibilium que libero arbitrio subia-
cent vero duo sunt modi. Quedam enim sunt que ad consilia pertinent
et negocia. Ut si quis querat an sit ei melius iter inceptum
accipere vel in domo remanere. Vel si empcio ista sit sibi uti-
lior quam illa. Talia quidem libero arbitrio vero conveniunt ipso querens consideret

Quod
interrogacio
sit filia radicis
[illegible]

Et dirigunt. Et ideo dicit Albertus quod talia destruunt plus esse et
arbitrii libertatem quam pro ea, quia oportet considerare et negotiari
et omnino ex mediis procedere propter quod dicitur non omnia ex necessitate
esse sed quedam a casu et ad utrumlibet. Alia autem sunt vel etiam
ad utrumlibet quod apud arbitrii libertatem aliter sunt et de quibus veri
tatem determinare difficillimum est. Ut si quis interroget de sua
ab aliquo petenda utrum dabit ea vel non dabit. Nam si intelle
xeris significatum fuit per celum quod non dabit, nihilominus potuit
ea dare. Similiter si quod dabit, potuit eam non dare, alioquin
non remaneret liberum apud eum. Nec inveniuntur astrologos affirmasse
quod dabit, sed quod per figuram interrogationis significatum est eum daturum.
Et ideo de hoc quod significatum est restat ad hunc dubium utrum erit.
Nam si non erit, ingenium iudicantium est fallax; si vero erit, non
potest non esse. Vel forte illud non sequitur. Nam de ~~consequenti~~
contingenti quod erit et de quo verum est dicere quoniam erit antequam
sit, possibile est esse et non esse; sed quod iam est, non potest non esse.
Verum enim contingens sive sit natum in pluribus sive in paucioribus
sive ad utrumlibet, antequam sit potest et esse et non esse. Similiter
etiam dicendum esset de divina providentia. Nam in hiis que operatur
deus per celum, aliud est celi significatio quam divina providentia
quam ab eterno in mortalibus preordinavit et in libro celi tamquam
in pelle conscripsit. Sed hiis non compescuntur nostri sermones, quia non
prohibet etiam celum in re causa sed homini in esse. Duarum enim propo
sitionum contradictionis quamcumque alteram potest homo eligere, sciebat deus ab
eterno quam illarum eliget, et in libro vite quod est celum
potuit significare si ipse voluit quid sciebat. Et si fecit, tunc casus
est determinatus de possibili ad actum cum divina providentia etiam interro
gationis. Si igitur divina providentia stat cum libero arbitrio, aut ulla
annullatur, non posset etiam stare magisterium interrogationis in eo.
Qualiter autem non annullatur divina providentia relinquendum est negotio
altiori. Non tamen dico volo quod quamvis non latet divinam providentiam,
sunt cognita apud celum; longe enim est celum usque eo sed eo
dico: si fuerint sectores equales in fortuna vel magis, tunc de magisterio
interrogationum est supersedendum, quod licet deus occultum esse voluit.
Ut autem Albertus dicit, aut tamen hereses cum ait: Qualiter erit
error astrologi cum sui et eius dies fuerint inspecti, quia
hoc a nobis celari voluit, hucusque Albertus. De magisterio
autem interrogationum inveniuntur liber Messahalla. Invenit quidam de
capitulis liber. Item liber Zahell ibi. Cum interrogatus fuerit
liber quoque zerge. Sol cum fuerit in ascendente. Liber novem
iudicum. Liber trium iudicum. Item Johannes Hispalensis in ta

Parte quarta. Item Thessalali de inventione occultorum cum tractatu quod assequens. Item liber eiusdem de interpretatione cogitationum et liber Dorothei et Alkindi de occultis

Capitulum primum de universali consideratione scientie interrogationum

Interrogationum scientia versatur circa quatuor videlicet circa conse-
cutionem bonorum et evitationem malorum, circa operationem et
electionem, circa infectionem et medicationem, circa occultorum investigationem.
Et quia predictarum cogitationum ex domino querentis et domino eius et ex
domino rei et ex domino partis dependet, igitur de hiis primitus
erit pertractandum. Querentis etenim duo sunt, qui pro se querit vel alium
pro se querere mittit ut servum vel amicum, vel qui alium sollicitatum
de se sentit quod non missus de eo querere velit. Si igitur pro se
quesierit homo signum quod vero ascendit querenti attribuitur,
domus vero rei quesite erit secundum quod computatur. Ut si querit
de substantia sua domus substantie est secunda ab ascendente. Si de fratre vel
sorore tertia. Si de patre quarta et sic de aliis. Si autem alius pro eo que-
sierit missus vel sollicitus, sciatur tunc habitudo et respectus illius
querentis ad eum pro quo querit, utrum videlicet sit servus, filius vel
amicus vel parens alienus, quia tunc hec prima domus eligatur.
Unde si fuit servus querens pro domino suo, domus erit duodecima, ideo et
sexta dicuntur [illegible] et sic de ceteris tamen ideo esset prima. Et hoc
verum est si tunc iudicium spectat ad dominum. Nam si servus de
se quereret et de suo domino, tunc quod vero ascendit prima domus erit
et vero sui domini. Sed si filius quesierit de suo patre ita quod iu-
dicium spectet ad patrem, tunc decima domus pro prima reputabitur
et tertia decime domus substantie patris et sic de reliquis tamen quarta erit
prima. Sed si quesierit filius de se et de suo patre, tunc quod
vero ascendit prima domus est ut de servo superdictum est. Si
problema ad maritum spectet septima domus erit prima et secunda a septima substantie mariti
et sic de aliis tamen septima esset prima. Eodem modo de amico per
tertiam. Sed de re perditis aliena pro [illegible] verumtamen quod ipsa
signabitur ut secunda per tamen a [illegible] et sic de
aliis. Si autem contigerit quod querens esset frater et servus et
amicus eiusdem et dominum esset secundum quod istorum eligenda esset
prima domus, tunc tria consideranda sunt. Primum quod querentis
expressit dominum vel videlicet servum vel amicum. Secundo si res de qua
queritur plus spectat ad dominum servum vel amicum. Tertio quod
istorum carissimus sit et tunc hec eligenda est domus prima. Preterea
notandum quod in tanssum domus ad partem de ordine communiso

Reputantur ut si prima fuit aries. et erit pisces et aquarius
Et sic de inceptis vbi sive in villa vel loco ponatur / premissa
igitur faciliter intelligi potest quod signum sit primum dicendum in
omni questione ut caute intelligantur auctores in assignatione
indiciorum / ut si quis querat de domino suo et dicunt auctores
Consideretur ascendens intellige quod est de ipso que est domus domini querentis
ista dico si hoc indicium spectat ad dominum ut supra dictum est / De
dominis autem ascendentis vel domino rei contrariaster est inter dorothеum et
ptholomeum / Dorotheus namque dicit quod si essent vni planete plures di:
gnitates alteri vero vna respiciat quod dominus vnius / domus vero tamen
gradum domini ascendentis et proiciunt a gradu matutino Et
quod consideravit dominus signi Ubi cadit unus Et dominus 10
Si utrumque aspexit ascendens fiet totum Et leviter si
alter altera pars fiet Si neuter nichil

Capitulum Sextum qualiter cognoscitur rerum complexio et earum electio

Nobilissimi iudicum intencionem querentes per duodenas
signorum et planetarum dicunt specialiter esse cogno-
scendum. Est autem duodena 12a pars signi scilicet duo
gradus cum 30 minutis. Et unicuique signi prima duodena
sui ipsius erit nature et sequens 2i et deinceps secundum
ordinem signorum. Unde scire volens cuius signi sit
duodena sic operetur: gradus preteritos illius signi multi-
plicet per 12 et proiciet a primo gradu illius signi per in-
sequentia signa et eorum gradus. Et ubi numerus steterit
natura illius signi habebit illa duodena. Ut si fuerit
arietis 4us gradus multiplicabitur in 12 et erunt 48.
Et his si 30 dentur arieti 18 tauro remanebunt et
dominus tauri illi dominabitur. Per duodenas itaque
intencionum indicant sic. Considerant enim qui ascenderunt
de signo ascendente. Et querunt qua domum occupant
illud signum quia si domum illam et dominum eius duo-
sitim intencio. Idem cum erit dominus illius signi et duo-
denarie ascendentis et eius nature signi et duodenaria
et ascendentis cogitacionem denotat. Unde et predicta ea
debent videri. Si signum illius duodenarie nonam domum
occupat que est domus itineris et dominus illius in 10a
que est domus regia cogitaret de via et itinere regis. Quare
interrogacio et intencio per dominum ascendentis et per planetam cui
iungitur et per loca eorum in domibus et signis. Ut si
esset dominus ascendentis in ♊ et iungetur Veneri in ♓ de
amore mulierum intendit. Idem si per gradus ascendentem
consideretur cui planetarum iungatur quia secundum locum eius
in celo indicatur intencio ut si fuerit in 10o erit de rebus
10e domus regis. Esset etiam per partem fortune et signum
et domum in qua fuerit. Ut si fuerit in prima domo de rebus
prime domus. Sed cum multe sunt res unius domus esset dubium
de qua re intenderet. Dico in tribus modis potest hic consi-
derari. Uno modo ut cum uno eorum modorum quesierimus
intencionem queramus et per alium et sic unus alium declarabit.
Alio modo si bene inspexerimus planetam et eius naturam signum
quoque et naturam eius atque domum et naturam eius. Tercio modo si
inspexerimus vires planete in loco suo superius distinctas verbi gratia
velut si esset super domum 5am et dominus eius saturnus
et esset in 6a in tauro quod ubi saturnus ventre sit cogi-
taret de infirmitate ventris filii. Per dominum ascendentis

Si uero fuit in exiliorem casu vel omnino impeditus per eum
tale non iudicatur. Primum et secundum signum non dimidatur. Si
igitur fuit dominus primi in primo querit de se. Si in 2o de
possessione aqua. Tercium signum in duo dividitur quia si
fuit in prima medietate significat de mota et locali. Si in ultima
de fratre vel sorore. Quartum in 3a dividit. Si fuit in prima
3a parte de patre. Si in 2a de terra vel domo vel re sub-
terranea vel edificio vel aqua re[..]. Si in 3a de aqua
magna cogitacione sui ignorans quid faciat. Quintum
in 3a dividitur. Nam si in prima questio erit de filiis.
In 2a de vestimentis. In 3a de nunciis. In ultima de cartis
vel libris aut rumoribus. Sextum in duo dividitur. Nam
in prima medietate si fuit de infirmo vel infirmitate. In ultima
de domesticis bestiis vel ancillis. Septimum in 3a dividitur
in prima 3a de marito vel uxore. In secunda de socio. In ultima
de fure vel furto. Octavum similiter in 3a dividitur. In prima
3a de morte sua. In 2a de parentum possessionibus. In ultima
de debito. Nonum in 4or dividitur. In prima 4ta de fide.
In secunda de itinere. In 3a de sapiencia. In ultima de
sompnio. Decimum in 3a dividitur. In prima 3a de honoribus domini.
In 2a de re sua. In 3a de matre. Undecimum similiter in tria
dividitur. In prima 3a de iudicato. In 2a de divicie. In 3a de
amico vel amica. Duodecimum in 3a dividitur. In prima
3a de inimico. In 2a de captivo vel paupere. In 3a de
bestiis. In hiis autem sicut in aliis luna particeps
et pro domino ascendentis si alius impeditus fuit accipiatur.
Si aut impeditus fuit dominus ascendentis et luna tunc per
dominum hore sic iudicetur. Consideretur quot gradus
ambulavit ipse in suo signo quos per 12 multiplicata
et prive ab ascendente. Et ubi numerus finierit queratur
intencio. Et si iste impeditus fuit ad parva redeas. Sed et
per dominum hore aut de intencione iudicatur. Ut quelibet
hora in 3a dividatur. Si in prima parte solis querit
de se vel socio suo. In 2a consilio de bello. Obsidione
mutacione, pandere vel potestate. In 3a 3a consilium quo-
modo minas vel iram evitet. In prima parte hora veneris
querit consilium de suis actibus vel femina concupita. In
secunda mandem tercium aget questionis quem tempta-
tum per ea respondeat aut de mutatione sui. In ultima
de femina aut cum socio. In prima parte hore mercurii
querit doctrinam aut futura. In 2a de infirmitate.

In ultima de re perdita vel fugitiva / In prima parte hore lune
de infirmitate oculorum / In secunda de contumentia peregri-
nationis vel de re perdita / In ultima eodem / In prima parte
hore saturni querit doctrinam librorum gestarum / In 2a
utrum pugnans maneat vel se separat / In ultima
de infirmitate sui vel amicorum vel de bello vel de
discordia vel de dolore aliquo / Et in prima parte iovis
medicina demoniaco / In 2a questionem de pecunia ac-
quirendo / In ultima de concordia agrorum per ipsum
vel de pecunia seu re abscondita sub terra si eam inve-
niet / Et in prima parte hore martis de veritate minarum
vel insidiarum / In 2a de pecunia sibi furata / In 3a de
labore inimiciciarum sive infirmitate lateris / Hec ergo
significatur cogitaciones quando ipsi fortes sunt in ascendente
vel preventione ante questionem quoque in revolucione anni
et in apparicione aliorum planetarum / scilicet Saturni et Iovis
et si sunt fortes in figura et in loco sunt intencionis et si
iunguntur alicui et si non iunguntur / Et autem habent
hec omnia si plura sunt quam fortiora celestibus in figura
potest esse cogitacionibus / et in aliis plene significatur
Sed hic oportet considerare ut sit ab omni impedimento liber
et est particeps in omni iudicio / Dicit autem specialiter signa re-
intencionem et causam rei prolata in loco suo et ille a quo
separatur dominus ascendentis et ille a quo luna et locus
domini ascendentis et lune / sunt vero quibus iunguntur
Sed et ille cui iungitur dominus ascendentis et locus eius deter-
minant illum cui iungitur luna et locus eius /
Exempla ut si esset ascendens 14 gradus libre et medium 18
cancri et esset sol in 29 gradu sagittarii luna in
17 geminorum / mercurius in 20 sagittarii venus in 17
capricorni iupiter in 20 cancri saturnus in 20 leonis pro
considerare domini ascendentis et qui ipse ab angulo terre ascendentis
Primo aspicias a quo separatur ipse cum separatur a sole
qui est dominus 11 et est in 3o domo ergo quod cogitat de ali-
qua re amata que per eum significatur ut de pecunia vel
uxore / Sed quia luna separata est a domino 1 que est domus mu-
lieris scio quod de uxore et quia est in domo vie quod de
via uxoris quia est iuncta inimico domino vie in alia domo
variarum / Et quia venus est iuncta Iovi in domo regia
dico quod ad regem tendit eum cuius ipse sit in exaltacione
sua / Et quia ipse iupiter est retrogradus et in opposi-

Veneris et Venus in 10a cuius rex eam non bene recipit
Veremundi quoniam Iupiter est fortuna et in exaltacione sua et in
angulo liber a malis ipse exaudiet eum, Sed et luna que
est receptus id est potentie et est de inimicis. Dona ergo eius
dixi applicat luna est signum humanum et quia in humano
signo est dux 3e sic igitur quodlibet exemplum debet determina-
re ut patet in figura.

Capitulum septimum de hiis que ad occultorum investigationem requiruntur

de thezauro inquirendo

Quidam vero magni huius artis dicunt esse possibile per astro-
nomiam locum thezauri absconditi posse reperiri,
Quod sapientes antiqui obmiserunt, Ita dicentes Qui
aut hanc tradiderunt notitiam Erant Messahalat Doro-
theus Alchindus Aomar et Zergis, quos tamen potius gratia
exempli credo talia dixisse, ut mores astrologorum ipsius
assertione veram adeo difficilem palam provocasse. Verumtamen
quoniam ex dictis ipsorum et aliorum circa hanc materiam
nonnulla elicere potuimus ut solatium legentium de meo nichil
addens rapsodie dividemus. In primis igitur considerandum
est an in loco de quo suspicatur aliquid sit, Secundo utrum
quererent illud habere possit. Circa primum credatur sic si fuit
in aliquo angulorum et proprie in 10o fortuna fortis in
loco ascendentis signum est ibi, aut illa fortuna impedita
fuit a maligno forti, quod ibi erat sublatum est, Eodem
quoque modo si in angulorum infortuna fuit thezaurum ab illo
loco sublatum esse significat. Signator autem thezauri idest
planeta in 10o existens vel in angulorum aliquo colorem
eius ostendit et secundum eius fortitudinem vel debilitatem
☉ erit ipsius quantitas atque valor, Cumque huius signator
fuit sol fuitque in domo vel exaltatione sua aurum
vel lapides preciosos rubeos portendit Luna vero si fuit
☽ signatrix in domo vel exaltatione sua erit argentum vel
lapides preciosi albi ut cristallum vel huiusmodi Saturnus
♄ signator existens in simili dispositione rem nigram vel ferrum
aut vasa plumbea et huiusmodi significat. Si Iupiter
♃ stagnum vel corallus saphirus et similia, Mars
ferrum aut res rubeas vel instrumenta bellica et huiusmodi
Venus cuprum aut ornamenta mulierum Mercurius monetam
coreis libri et huiusmodi, Et si predicti planete non fuerint
in domibus vel exaltacionibus suis conuersas significationes

Naturam planete cui iungitur vel qui sibi iungitur et
loquere secundum eos. Ut si fuerit coniunctio saturni cum ioue
vel mercurii cum cauda erit sepultum ex structura ingrossan-
cie et similia. Cum autem noueris in loco aut esse et
~~fuerit~~ inueneris cum fuerit quantus facilitate inueniendi
et similiter modo cognosce. Si fuerit uel dominus ascendentis uel
luna uel significatorem qui ibidem aliquid esse significat
coniunctio uel receptio aut luminis translatio siue collectio
tunc querens rem illam obtinebit. Si autem nichil
applicatio aut amicabilis facilitate inueniendi firmita-
bilis vero difficultatem insinuat. Similiter autem si appareat
aliquid luminare ascendens uel significatorem rei facilitatem
inueniendi designat. Signant tarditate. Et luminaria in
angulis facilitate. In cadentibus vero difficultatem annuntiat.
Sed et ideo si pars fortune uel eius dominus fuerit in ascendente
vel ipsum aspexit aut cum aliquo luminari fuerit aut ipsum
aspexit. Vel cum significatore fuerit aut ipsum aspexit cele-
ritatem inueniendi assignat. Pars quoque fortune cadens
atque luminaria et maxime luna non videntes ascendentem
cum parte fortune. Pars quoque fortune et dominus eius si non
aspexit ascendentem neque dominum eius thezaurus ille ad usum
non deueniet querentis. Est preterea in materie huius
nimia seruanda cautela. Quia si questio fiat de thezau-
ro absolute non determinando quenquam absconsorem eius
decimam domum uel similia. Et solum que putat ibi esse
ex aliquorum relacione et similia consideretur ascendens querentis
et ipsum rei quesite uel decima uel in aliis supra dictum est.
Si autem quesierit aliquis de thezauro quem ipsemet ab-
scondit et oblitus est locum eius accipiatur significator
a quarta domo ab ascendente. Ut si ipse dominus 4 fuerit in ascendente
domini quartum corporali in suo palacio tezaurum esse dicit.
Si in 7 eius in loco mulierum. Et si in 10 in loco ma-
gisterii. Si in 12 eius consistens locum puteum vel carcerem
demonstrat. Et si nec eos non fuerit aspectus aut luminis
translatio labor inutilis erit. Si autem dixit quod socius suus
eum subtraxit aspiciatur dominus domus septime et domus
decimi et questiones eius cum domino 4 ab ascendente
ut supra dictum est, dominus ascendentis et dominus 4. Si uero dixit
quod puer eius occultauit ipsum aspiciatur dominus quinte domus
primum 4 domini ab ascendente eius. Et per eius locum in quarto loco
absconditi perpenda

Capitulum octauum de modo inueniendi locum absconditi secundum opiniones diuersorum

Modus autem querendi
locum absconditi multiplex est Quidam enim per signatorem
de quo iam facta fuit mentio locum inquirunt dicentes
Si fuit signator thesauri in ascendente vel in eodem signo
cum domino ascendentis est in palacio vel loco domus nobilis
Si fuit in medio celi vel in 2o a domino ascendente est in
loco regis vel oratorij Si in 10 ascendente vel in 10 a
domino ascendentis est in loco mulierum Si in 4to ab ascendente
vel in 4o a domino ascendentis est in loco patrum vel antiqu-
orum maiorum diuersorum cognatorum in domo memoratum Qui-
tales in domo non fuerit erit in medio domus secundum signa-
torem eiusdem Signator autem ille in signo fixo existens significat
parietum vel fundamentum secundum communem societatem secundum nobilem locum
terminum Alij autem locum perquirunt a planeta qui fuit
in ascendente et a domino hore in hunc modum Si fuit sol
in ascendente erit in medio domus Et luna fuit in ascendente
erit in loco mulierum vel viri Et si luminaria respexerint
ascendens erit circa portam domus vel in loco patenti Sa-
turnus in ascendente si fuit erit in loco fetido et tenebroso
aut in domo destructa et vasta siue in latrina Jupiter in ascen-
te erit sub pariete et in loco diuini obsequij Mars in
ascendente in extrema domus vel in loco furni aut coquine
vel vbi mediatur ignis Venus in ascendente erit in tha-
lamo vel sub lecto Mercurius in ascendente erit in domo obscura
Caput in ascendente erit in loco altiori domus sicut in fenestra
Cauda vero in ascendente si fuit erit thezaurus ille in loco
fetido tenebroso et humido Per dominum hore per cuius locum
significatus est qui si fuit in medio celi erit in medio domus
in 10 erit in orientali parte domus Si in 7 domo erit versus 10
Et si dominus hore fuit orientalis erit versus septentrionem
occidentalis ad autumpnum et dum absconsus Alij hic diuidunt
domum in 4 partes scilicet orientalem meridionalem occidentalem et septentrionalem
Et respiciunt quantum perambulauit dominus hore
in signo suo ex gradu Illud multiplicat in 12 et colligen-
tur a gradu ascendente vnicuique signo 30 et in
fine Et donec numerus finiatur Et signum in quo illud
fuit vbi numerus stetit orientale meridionale occidentale

Vel septentrionale si hoc talem etiam de dicto festo
accipiunt Deinde dividunt hanc partem reliquis
dimissis in 60 Et accipiunt exitum perambulant
dies illius signi ubi luna 12a terminabit Tunc
iam dividunt per signa dando unicuique signo septe(m)
gradus cum dimidio incipientes a loco in quo est
planeta 12 Et si quod illud signum ubi luna stetit
fuit orientale vel occidentale etc. si hunc accipiunt
etiam talem reliquis dimissis / Sed hic dividit
illam etiam iterum in 60 Et accipiunt dum signi
ubi cecidit luna et exitum perambulant in signo suo
Et illos gradus iterum dividunt per signa dantes
unicuique signo 2 gradus cum dimidio incipientes a
signo in quo est planeta et a loco eius Et si quod
luna finiatur in signo septentrionali vel occidentali etc.
si hunc eligunt quartam partem illius 2a semper
operando donec ad latitudinem cubiti pervenit Et ibi etiam
dicunt absconditum esse Verbi gratia fuit 10 gradus
arietis ascendens et invenimus dies hore in 12 quam cum
qui per 12 multiplicati faciunt 144 que deducta a quam
orientis terminantur in virgine que est signum australe
In illa scilicet australi etiam loci res in hunc quam in 60
dividimus reliquis dimissis Et que luna fuit domina
mercurii Et in ipsa est in domo solis 1a quarta de hiis datis
1 cum dimidio a loco lune pervenit ad libram signum
occidentale In illa igitur etiam occidentali res est effarta
aut divisionem partis illius ut supra Cumque sol fuit dies
dominus lune in gradibus In hiis ab eodem loco distribuentes
per 1 cum dimidio terminatur in cancro est ergo res in illa
tali divisionis illius Et si dies dum hore est in domo
alterius planete incipe a loco et signo in quo est ille
Cumque aut aliter fuerint accipiunt dum ascensus et dum
hore quis illorum melius aspexit ascendens hunc
signatorem loci constituunt Et dum locum eius in circulo
erit loco absconditi in domo Ut si fuit in puncto an-
guli orientalis est in linea orientali domus Si in
linea meridiana in meridie etc. Si fuit extra angulos
tunc secundum proportionem ipsius inter eos angulos accipiunt pro-
portionem ceteri loci inter duas lineas intersecantes se in me-
dio domus Et ad quatuor plagas mundi protractas Ut si
fuit in 11o erit propinquius loco absconditi propinquius

Meridiei quam orienti. Postea alii autem aliter faciunt: dividunt domum in quatuor partes per duas lineas se in medio domus intersecantes. Deinde respiciunt signatorem et recipiunt quartam loci per eum ut dictum est. Post hoc dividunt quartam illam in tria. Et si fuerit signator in prima facie signi sui erit in prima tertia loci, in secunda facie in secunda tertia, et si in tertia facie signi fuerit in ultima tertia loci. Deinde dividunt tertiam septam in 10 et faciunt proportionem loci secundum proportionem gradus in facie sua. Sed Dorotheus aliter facit: dividit enim primo domum in quatuor quartas ut dictum est. Deinde accipit dominum ascendentis qui si fuerit in signo orientali accipit quartam orientalem dimissis aliis. Postea dividit illam quartam in 2 et respicit dominum signi illius orientalis. Idem fit cum si fuerit in signo meridionali accipit signum illius meridionalis per eundem modum usque ad quantitatem cubiti. Hunc modum sequitur in investigatione denarii vel alterius rei in domo ex proposito occultate.

Capitulum 9 de inventione loci absconditi secundum Alkindium

Omnium autem via melior est Alkindi. Ipse enim rationem sequens naturalem comparat locum ad circulum signatorum et ipsum dividit penes longitudinem motus signatoris. Ipsius igitur doctrinam sequendo breviter et melius quam nos aliquid apud sapientes quosdam experiri vidimus subiungemus. Geometre utens officio invenias centrum in medio domus vel habitationis. Deinde reguletur aranea super faciem astrolabii secundum formam et figuram celi in hora interrogationis. Quo facto caute reponatur centrum astrolabii vel alterius instrumenti quo utaris super punctum in medio domus antea sculpta facie astrolabii sursum versa ita quod armilla directe medium celi respiciat ut quatuor linee in centro astrolabii concurrentes quatuor plagas mundi rectissime ostendant. In hiis tamen advertendum est ut aranea per eundem situm teneat quem in hora questionis habuit. Postea scribatur locus signatoris in rete tam in longitudine quam etiam in latitudine sua et protrahatur filum a centro instrumenti per corpus signatoris signatum in latitudine sua usque ad extremitatem domus, quia sub illa linea erit locus absconditi quesiti. Deinde dividatur linea protracta in duo media et sit punctus divisionis nota ecliptice. Deinde scias partem latitudinis signatoris in dextrum vel sinistrum. Tunc si fuerit septentrionalis divide medietatem linee a

Nota ecliptice usque ad centrum domus in tot partes equales
quot sunt gradus maxime declinacionis signatoris ad
partem illam Et de illis partibus accipe tot quantum pro
tunc fuit eius declinacio Similiter facies in medietate
linee reliqua que est a nota ecliptice usque extremitatem
domus si fuit signator usque meridiem Et si planeta
nullam habuit latitudinem Erit res sub puncto divisionis
Et si maximam latitudinem habuit erit in centro vel
extremitate domus secundum partem declinacionis Profunditas
vero rei abscondite in terra scitur per esse signatoris in
corpore et eius ecentrico suo nam si fuit in longitudinibus
mediis Erit res in medio inter superficiem terre et aquam
fode prohibentem Et si fuit in longitudine longiori vel
propinquiori secundum hoc erit ab illo medio res elongata in sursum
vel deorsum Hora autem electa ad effodiendum rem illam
est cum fuit luna fortunata iuncta vel applicata signatori
rei eiusdem Et si cum hoc hor(oscopus) ille fortunatus fuit eo me-
lius erit Si vero in hora extraccionis fuerint infortune
in angulis magnum prestant impedimentum et occasionem
non habendi Sit igitur cautus et discretus in hiis que
diximus quia scriptum est Non cunctis omnia sed quedam
quibusdam datum est nosse misteria Amen

Incipit Summa septima que est de electionibus continens octo capitula. Primum est de consideratione scientie electionum in generali.

Quamvis ut ait doctor sanctus in summa contra gentiles solus deus solus ad electionem hominis operetur tamen angeli et corpora celestia ad eandem possunt operari. Actio enim angeli est per modum persuasionis et actio corporis celestis per modum dispositionis. Deus autem utrumque operatur per modum perfectionis. Nec tamen semper eligit homo quod angelus custos intendit. Nec etiam illud ad quod corpora celestia inclinant. Semper tamen hoc eligit homo quod deus operatur in sua voluntate. Unde nichil tamen prohibet quod etiam aliquis homo habeat ex impressione corporis celestis aliquam efficaciam in aliquibus operibus faciendis quam alius non habet. Utputa medicus in sanando, agricola in plantando et miles in expugnando. Hanc perfectionem multo perfectius deus hominibus largitur ad sua opera efficaciter exequenda. Et quamvis deus eminentius homines dirigit ad eligendum id quod in mente ipsorum efficit, potest tamen homo per corpora celestia adiuvari per hoc quod eligat aliqua convenientia ad finem in hoc quod efficaciter consequatur per virtutem a superiori causa adeptam, sicut medicus in medicaminibus efficax. Necnon in eorum administratione horam electam perficiat. Et sic agricola in plantando tempus conveniens expectat et miles in expugnando ut vincat. Et ideo dicit Albertus quod ex electione hore laudabilis non tamen coheretur arbitrii libertas, quod potius in inceptionibus rerum inceptionibus electorum hore contempnere, est arbitrii precipitacio non libertas. Cum in hoc concordati sunt omnes philosophi quod cum scire dumus horam impregnacionis aliquis indicet queritur per eam quid fiet de fetu donec inspiretur et quousque egrediatur ab utero et forte quid usque ad obitum ei acciderit. Neque enim indicat astrologus per nativitates nisi quia hora impregnacionis vix potest certificari. Unde inquit Ptolomeus hora nativitatis est eius inicium. Quare igitur reges et principes in optimis constellacionibus existentem, quare non eligeremus horam vero eius suscipiendi ex ea liberum, si tamen unius generatoris conveniat ut eveniat nato

Ptolomeus hora nativitatis est eius inicium

Signa que ex serie librorum nativitatum astrologus futura
pronunciat. Quare etiam non eligimus horam farmacia exhi-
bendi, si sciverimus quod ascendens et significatores sint ex signis
ruminantibus et propterea si luna fuerit in tauro, capricorno vel arie-
te. Et cum hoc si sciverimus quod oporteret cavere ab aspectu
utriusque infortune Saturni scilicet et Martis, eo quod Saturnus
medicinam constringit, Mars vero eam ad sanguinem educit. Et
cum hoc si sciverimus quod luna existente cum Iove fit attractio
purgationis minuitur angustia. Ruffus in magisterio
cirurgie quod non cavebant facere incisionem luna existente
in signo habente dominium super illud membrum, tunc enim
est membrum valde reumaticum et dolorem reuma pro-
vocat. Et dicit vidisse se quasi infinita inconvenientia
ex tali inadvertentia accidisse. Sic narrat Haly de quodam qui in
capite longaonis fistulam patiebatur, qui incisa fuit luna
existente in scorpione qui super partes illas dominium habet per quendam
miserum cirurgicum utriusque scientie ignarum medicine scilicet
et astronomie absque vene incisione et alia causa rationabili
inter manus eum tenentium subito est mortuus eadem hora.
Tamen non videtur ab aliqua causa existente subito accidisse
ut sunt oppilationes ventriculorum cerebri aut lesio princi-
palium aut defectus. Memini me etiam vidisse quandam mu-
lierem que in etate optima complexionata videbatur in
sanitate consimiliter. Aperta fuit vena salvatelle manus
dextre per quendam cirurgicum ignarum luna existente in
geminis que post incisionem non comedit neque bibit et in tertia
die mortua fuit. Erat autem tunc luna in geminis iuncta
sub radiis solis existens in octava domo in opposito martis
et in sextili aspectu Saturni cum dextro. Dicit etiam Ser-
donius medicus quod semel luna existente in geminis fecit
flebotomiam et videns quod melius emendabat. Lesus autem ille
valde perplexus fuit. Cum enim luna fuit in signo appri-
ciente membrum inclinatum fuit quod cadens ab ascendente
et in aspectu bonorum non impeditur. Et ideo non sufficit
simpliciter dicere luna existente geminis ut hinc accidit
bene vel male in flebotomiis et incisionibus considerationes
atque locorum earum non apprehendo. Sic videmus
quosdam adinvenando pacientes febricitantes acutam quandoque per forte lucrorum

Vini puri facilit sanari, h̃eti sempr ind tenet. Ceterum
aut si nat electores aliquid similium inveniatur ut est indu-
menta nova induere ut nunc luna in leone existe et hoc
attendere debemus. Et ptolomeus cum esset vir tante auctoritatis
non dixit hec nisi ut maiora significaret, per hoc enim innuit
innuere quod signa fixa sunt utilia ad illa que stabilire
volumus. Et sic in prima indutione arcis vestis hec notari dixit
per hanc demum scientiam eligimus horam laudabilem incipiendi
quod opus de quo cum nativitas nota fuit per quem eam
domini vel cum significatore nativitatis eiusdem. Et si fuit ignota
eius nativitas accipe demum ei interrogationem dixissima eo
quod homo qui interrogat iam provenit ex nativitate sua ad
bonum vel malum. Et quod significavit eius nativitas
et loco nativitatis accipitur interrogatio pro radice eo quod nativitates
sunt vel naturales et interrogationes sunt similes naturalibus ut
superius ostensum est. Hanc scientiam tradidit Zahel primo
in libro electionum qui sic incipit Omnes concordati sunt
et in libro electionum haly. Rogasti me charissime. Ceterum
sunt quidam libri qui de hiis et aliis superdictis sumpserunt
tractatum ut est liber 10 verborum ptolomei. Mundanati
ad hoc et ad illud et lib. 7o preceptorum Zahel. Scito
quod significatrix luna et lib. almasorem. Signorum dispositio
est nota

Capitulum 2m de regulis communibus et cautelis circa electionibus ad primam quadram ascendentis tituli pertinentibus

et ante rectificationem lune

Liber presens declaratum intencio si quatuor quartas
zodiaci in ea talis scientiam electionum tradere satagens.
In primis igitur nota quod Et signorum proprietates in omni electione sunt
attendende. Nam signa mobilia mobilitate rerum sunt
fixa stabilitate et communia retentione in mobilitate. Necessarium

De signis mobilibus

bonum est omnes rem incipere cum mobilitatem volumus scilicet
emere vendere seminare uxorem firmiter et hiis similia. In his
vero que peregrinari et mobilitate promisso, mala plantatio
et fundatio porro in opposito velocitatis infirmitatis mutabitur
et fugiens redditur et plus. Modi sunt aries et cancer.

opportuna instare

Magis autem temperata libra et capricornus. Signa fixa omni de signis fixis
operi congruunt cuius stabilitatem et temporis prolongacionem querimus ut
edificare plantare nupcias celebrare amicicias firmare et huiusmodi
leviorque fixorum est scorpio, et ceteris tardior est leo. In signis de signis communibus
autem communibus quicquid inceptum fuerit sepe iteratum. Et ideo em-
pciones et vendiciones negociaciones atque scripture sub mercurio
in eis utiles sunt. Res eciam reginarum et mulierum sub luna
tractare in ipsis laudabile est. Sed nupcias in eis celebrare
vel amicicias firmare instabile est. In die eligantur signa diurna
et in nocte nocturna et directa tortuosis sunt meliora. Quod
in rebus masculinis signa masculina et in femineis feminina
preferantur. In rebus igneis ignea et in terreis terrea et
in aqueis aquea eligantur. Omnes electiones que fiunt super
nativitates parvulorum id est filiorum et maxime primogenitorum aut
super revoluciones annorum fortes sunt. Que autem per interrogaciones
debiles sunt nisi in potentibus. Non est igitur eligendum
domini medior vel exitu nisi super has radices quas nomina-
vi. Quod si ignorentur, fiat electio secundum naturam rei, et signator
illius ducatum ponas in loco forti et dominum domus rei sole
et luna atque dominum hore aptes melius quo poteris, ascendens
domini eius, atque partem fortune, et cave ab impe-
dimento lune. In omni electione summe cavendum est ne ponatur
in ascendente signum contrarium sue nativitati utputa 8 vel 12
signum, aut signum in quo fuerit infortuna tempore radicis, quia
fortassis erit ei materia mali et nocumenti. Ymmo quas
fortune quas eligis prohibere non potuerunt vel possent et
infortune quas eligis tantum dum malorum locorum
tempore radicis. Sed ego tantum in hoc quod non omnes homines
fortune promovent vel infortune impediunt. Dicit enim
Ptolomeus: Tunc electiones proficiunt cum nativitas et secundo electiones
in se conveniunt. Si autem discordaverint secundo forcius
apparebit et morum innabit locum in quo proficiet, et si
in nativitate elegerint planete quod eligit eligens, utilis
vel morum prosperitas in electione apparebit. Nec tamen electione
facies aliquis nomine naturam rei eligende atque fortis volun-
tarius ergo ymmo ut faciat celestis quod conveniat cum ipsa
re. Nec considerans celeste, solum naturam, sed eciam cum dominus
electionis eam poterit adipisci. Cum autem separata fuerit possibilitas

Rei ad electionem aptetur almutaz natiuitatis in angulo angulorum
et melius super terram liber a malis, iunctus fortunis. Si autem impe-
ditus fuerit, extra angulum ponatur. In sequenti hanc radicem se-
quitur almutaz revolutionis natiuitatis et electionis. Partes quoque
fortune natiuitatis et revolutionis. Erit quoque ascendens et medium celi ra-
dicis ascendens electionis, si fuerit liberum a malis et sit in eo for-
tuna vel eam aspiciat a 3o vel 6to et erit melius. Si autem
hec impedita fuerint operare secundum revolutionis vel electionis eorum
et caue semper a duodecimo 6to 8 vel 12 natiuitatis. Malus si fuerit
dominus natiuitatis non impediet. Nam de electionum intentione maxima
est in electionibus, quemadmodum phisicus subtilis aquarum
venenum admiscet. Et si hec que dicta sunt fieri non possunt
ponatur dominus rei natiuitatis revolutionis vel electionis in ascendente
electionis liber a malis et efficiet rem sine difficultate.
Deinde aspicere debemus natiuitatem que si in eodem anno
aliquid malum sibi significauit non incipiat aliquid
opus grande in eodem et proprie illud quod pertinet ad illud ma-
lum quod significatur. Si tamen illud incipere oportet ponamus
planetam illud malum significantem cadentem et aptemus ascendens
melius quo poterimus et ponatur bonus vel radij eius in loco
quo fuit ille malus in radice. In hora eclipsis nullum
opus incipias maxime si fuerit in signo ascendente natiuitatis
vel in eius triplicitate a centro. Domini quoque vel preuentionis
qui preesset electionem si fuerit orientalis in domo sua vel as-
piciens eam 3o aspectu hora electionis fit effectus rei. Si
non aspiciat nulla erit utilitas. Domini triplicitatis lune hoc
domus vel preuentionis vel qui sunt custodes natiuitatis et o
electionis, qui si recepti fuerint in hora electionis fit bona
et econtra. Similiter si fuerit dominus domus vel preuentionis in angulo
inceptionis vel interrogationis in omni opere perficietur illud quod
aptare volueris. Dum inceptio prava est cum luna iuncta
fuerit planete retrogrado. Luna iuncta saturno vel Ioui
lumine aucta et numero ad omnia erit bona. Si autem di-
minuta fuerit ad omnia et mala. Contrarium intelligere de
marte et venere. Cum fereris electionem non ponas lunam
in ascendente quia sue complexioni contrariatur. Nec solem nisi
fuerit in ariete vel leone. Abhorrenda est omnibus inceptio
in potentibus dum impedita fuerit 9o vel opposito precedens.
Si post separationem a coniunctione vel oppositione luna prospero iungetur

de domino coniunctionis
vel preuentionis

Infortune finis rei quia electio erit mala et cetera. Locus rei principium significat, domus rei medium, et dominus domus rei finem. Eundem ordinem tenet ascendens et dominus eius et domus domini eius ascendentis. Licet in electionibus aptes et processum rei exinde cognosces. Cum festinata fuerit electio et luna impedita, pone impedientem dominum ascendentis vel ponem in ascendente aut in medio celi et salvabitur. Non ponas dominum ascendentis planetam cui iungitur luna orientalem a sole, assimilatur enim homini fesso. In mutuis aut depositis non sit Iupiter sub radiis vel impeditus quia restitutio cassabitur aut nulla erit. Et si fuerit malus in 2o anni difficultate destituetur. Si beniuolus cum benignitate. In accomodacione pecunie sit luna discurrens in leone piscibus vel scorpione sagittario vel aquario sit et fortuna respiciens ea vel ascendens. In accomodacione pecunie si fuerint mercurius tutus a marte et mitis ex nodis et viam combustam caude et. In accomodacione pecunie non sit luna in signo quod leo vel sagittarii. Nec in ascendente ponas ea in signo cum. In participacione sub causa lucri sit luna recepta ex trino vel sextili. Et si causa lucri fiant nimis apta luna et mercurium dominum ex domo fidei et secundum domum fiducie, sit et luna iuncta mercurio et mars cadens ab utroque. Et si fuerit mercurius retrogradus fiat cum cauda a lumine martis. Empcio utilis est ementi cum fuerit pars fortune in domibus suis. Cum fuerit luna aucta lumine et numero in signis directe ascendentibus, utilis est empcio ementi, et utilis vendenti. Mars vel cauda cum luna vel mercurium comparaverint omnem vendicionem et empcionem impediunt. Diues vendicio bona vendenti dum fuerit luna in exaltacione vel triplicitate sua separata a bonis et applicans malis non quarta. In opere alkimico signa quia perficiuntur in quibus signatur rei adaptetur ut sol in auro, et in argento luna. In omni societate signum leonis est melius aries vero deterius

de mutuis

Capitulum tertium de regulis electionum

Electe re

Multis autem consideratis de electionibus ad secundam questionem pertinet tibus secundum ordinem domorum ab edificiis inchoando. Dum igitur edificium cum significatores fuerint applicati

Planetis sub terra existentibus vix consummabitur Auxilia
et cum stellis fixis in constructionem ordinem Et cum exaltatio
in edificatione domorum Domus civitas edificata marte
existente in medio celi vel stella fixa et eius natura plures
principes suos in gladio consumabit Sit igitur ibidem Jupiter
vel saturnus Domus edificium in cuius inicio fuit saturnus
in ascendente vel etiam luna sibi coniuncta fuit vel cauda tarde
consumabitur Vel consumatum cadet Erunt enim in eo tristicia
infirmitas et tribulatio Domus edificium inceptum marte in
ascendente in combustione sive augis et ipso luna impedita cadet
vel comburetur Domus fabrica incepta dum luna fuit me-
ridionalis descendens in circulo vel periculum cito destruetur
In edificatione urbium vel castrorum sit ascendens signum
fixum terreum vel aquaticum Similiter signum lune et
dominus ascendentis sit enim luna aucta lumine Et numero
Jens ad exaltacionem suam vel ad fortunas in exaltationibus
suis existentes apta coniungas fortuna saturnum et fac eadem
magistrum In structura vero aliarum domorum studii aptes
mercurius tabule et ludi venus horum et placitis Jupiter
Specialiter vero destructionis edificii contrarium est huic Et caveatur
ne sit luna vel dominus ascendentis coniuncta planete retrogrado
Nec per se retrogradus sit enim luna in altitudine quadra super
terram iuncta planete sub terra existenti In edificatione
molendini sit ascendens libra ultima piscis aut virginis sit
enim luna in eis Et cancer est ne sit luna in cancro vel
capricorno apud ipsos cum sint dies inequales In cava-
tione fontium vel deductionum fluminum sit saturnus orientalis
Et dominus ascendentis liber a malis sit enim luna sub terra in
signo fixo Nec sit iuncta saturno per corpus aptetur enim
Jupiter Nec sit malus in medio celi Signa certe aquatica
in ascendente et pro loco lune eligantur In fabricatione na-
vium sit ascendens fixum aptetur enim dominus ascendentis et luna
in signis fixis sit enim velocis in motu suo Et si sit causa
belli aptetur mars In aliis vero Jupiter fortificetur certe
dominus quintus vel secundus salvetur enim locus Et qua-
si locus navium Et sit luna super terram Signa aquatica
plez in hac re proferantur observancia requirat positio navium
in aquis Dei emere causa Jupiter inimicus mars proprium est
in navibus nisi fuit in medio celi vel XIo Nam cum fuit
in hiis locis depredabuntur naves Et cum fuit cum stella

Que nature ardebunt navelis cum omnibus que continet. In
plantacione arborum sit luna in signo fixo et dominus domus
eius aspiciens eum ex signis aquaticis. sit quoque ascendens fixum
vel commune et dominus eius orientalis. In seminacione sit ascendens
commune et dominus eius liber a malis in signo aspiciens dominum
domus sue sit quoque luna aucta lumine et numero et si fuerit
luna deficiens lumine et numero sub radiis prohibit semen illud
In eleccione generacionis filij sit ascendens et dominus eius
luna et dominus domus filiorum in signis masculinis aut
masculina in eadem hora. In generacione filie fuit signum huius
contrarium. Cum filium volueris tradere discipline sit luna
aucta lumine et iuncta mercurio et aqua domorum mercurij
fuerit fantasma vel spiritus infestans hedificiis ab aqua
domo per ingressum et cavernam ad expellendum sit luna separata
a malis et iuncta bonis Nec ponas eam in leone cancro
scorpione aquario Nec aliquem horum ponas in ascendente
Age in rebus clandestinis dum luna intraverit sub
radiis et in dum exierit Res tunc magis erit occulta
cum eius significator sub radiis solis fuerit vel sub terra
aut in aliquo loco bono aut aspiciente domum aut exaltacionem
suam. Et magis erit apparens cum eius significator sub
radiis solis exierit aut cum fuerit angulo nature sue conveniente
reversus ad exaltacionem suam. Revelabitur statim
omne occultum quod erat dum luna et planeta cui applicuerit
fuerint in signis vocem habentibus et in 7° 3° vel
oppositis eorum. Et qui occultavit se dum fuerit dominus
anguli vel precedentis in medio celi detegetur. Cum
mulierem impregnare intendit sit dominus ascendentis aut luna in
4to aut cum domino eius coniuncti absque infortunatam preposito

Capitulum quartum de eleccionibus circuli ascendentis rae quadre

E rebus aut que spectant ad reliquam quartam
Prosequentes incipiam a singulis signis Prenotandum quod
in omni firmacione aliquorum Eligenda sunt mobilia
pro loco lune et ascendente tollendo impedita malorum
et eciam ab utrisque Et in copula mulieris eligantur
signa fixa pro loco lune et ascendente Verumtamen fruns

Scorpionis vituperatur quia sit velox eorum separacio
Signa autem comunia utilia sunt mulieri propter impleccionem virginis
aut iam dicit al kindus quod requiritur in matrimonijs ponere
lunam in tauro sic et in virgine precipue in matrimonijs viduarum
esse viri imbecilles et sole et ascendente providetur sic esse
mulierem ex luna et septimo signo quod fiat apta hominum
secundum hoc Nulla utilitas erit coniugio cum omnes sunt impe-
dita vel aspiciunt malos aut in domibus vel finibus eorum
sit quod fortuna in medio celi Ita quod secundum legem sunt for-
tune adiuvant et mali destruunt Contra vero contra legem ma-
ligni adiuvant et fortune impediunt utputa quicunque mulier
secundum legem coniugem ad plenum et contra legem coniugem ad sodomiam
Querens delectationem aptet planetam cuius dominus rei cuius amator
quid sit quod in ascendente vel ipsum benivole aspiciat aut
dominum eius Nec sit luna carens aspectu vel coniunctione in
peticione rei quam optas Nec sit in loco ubi non recipiatur
Nec coniungat dispositionem planete sub radijs existenti aut re-
trogrado In exitu autem ad bellum aspiciat mars ascendentem
ex 3o vel sextili habens in eo dignitatem Nec ponas eum
in ascendente sed aspiciat dominum ascendentis benivole Sit quod dominus
ascendentis fortis in signis directe ascendentibus nec impeditus
Bonum quod erit ut sit dominus ascendentis infortuna fortunatus super
dominum 7e et impediens eum Et quod sit dominus ascendentis super
fram aspiciat quod dominus vero medij celi ascendens habens in
eo dignitatem Nec aspiciat 7e Nec mars sit in
ipso et habeat dignitatem in ascendente Similiter dico
de luna et de domino ascendentis Pro quarum commemoracione sunt
12 hore naturales que dicuntur coniuncte etc quod vero usque
ad aliam questionem Si quis in primis 3 horis coniunctis
iter ad bellum arripuerit vel bellum inceperit timetur
de perdicione corporis eius In 2is 3 horis de vulneribus
Vel captivitatis suspicatur In 3 ultimis amissio substancie
vel perdicio personarum tunc ei imminet Sic in primis 3 horis
arare vel seminare et perdicio procurati fructus In 2is 3
destinacionem eorum que seminantur Et 3 ultimis fit
diminucio seminatorum Predicta duodecim horarum signifi-
cantur horis coniunctis et cognoscuntur sunt enim in figura
Nam 3 prime dantur soli quem dominus triplicitatis pre-
ponit 3 sequentes Iovi et quatuor reliquas saturno

Ab hec alie 12 hore dividuntur sic quod prime quatuor dantur Veneri due prime triplicitatis etc. Sequentes quatuor lune ultimas vero quatuor marti Et sic omnes per triplicitates donec veniatur luna ad solem Et hec sit super horas inequales Et hec est quod dicit ptolomeus super 12 luna Nam cum fuit luna in aqua 12 erit eius dispositio sicut esse illius planete in cuius 12 fuit tunc luna Et sic extinguunt vincimus planete 12 ... de ipsis duodenis sunt planetarum equales equaliter divisio Unde offeruntur illi quod ut illos 5 et Unde 12 multiplicati per 1 faciunt 5 et Deinde reddebitur octava duodena ad solem Et sunt duodenarum diebus ut prius donec coniungatur iterum In exitu incipimus ad pugnam et proprie regum sit ascendens aqua domorum planetarum altorum Vel sit sol in eo vel super ... orientalis sit et tamen ipse et dominus ascendentis fortis Nisi sit dominus septimi fortuna radicis nativitatis quoniam si ita fuit non debilitetur Cave igitur ab hoc Non est sol bonus in ascendente hora belli Nec certum cum dominus ascendentis Nisi fuit ascendens aries vel leo Non exeat rex ad bellum dominus ascendentis eiusdem ad dominum 7 vel 8 Michael prodest preliantibus si dominus ascendentis in fortuna fuit aut retrograda Vel sub radiis solis Nisi fuit sol in ariete et leone et in ascendente ut dictum est Item ut certamen non incipies cum dominus ascendentis et luna fuerint mali esse signatur in 8o Nam erit dubia victoria eius ut dicit hermes Si dominus ascendentis et dominus 7 equales fuerint in fortuna victor erit qui prius incepit In ea parte in qua sol et luna fortunabuntur erit victoria Velut si fortunabuntur inter ascendens et medium celi Vel ab ~~hoc ab ascendente~~ usque septimam domum vincet querens aut incidens in aliis aut locis adversarius Nullus expugnet civitatem cuius dominus fuit dominus ascendentis anni mundi In concordia inimicorum sit luna aspiciens ascendens ex 3o ut sextili sit et dominus 7 et 12 debiles et cadentes In extrahendo per fraude adversarios de loco suo sit locus lune et ascendens Aries taurus gemini virgo pisces sagittarius ut capricornus sit et luna iuncta cum ex fortunis Vel sit una fortuna in ascendente et dominus ascendentis cadens aspiciens ascendens aspectu amicitie In omni venatione ... septimum ... venacionem

Ut signa quadrupedia in venacione fere et aquatica in aquis
et aerea in volatilibus sit et dominus eius et luna in similibus et
fortificetur dominus ascendentis et dominus 7i debilitetur. In omni itinere
quod desideras non potimus si fuerit luna impedita sit cadens
ab ascendente et planeta impeditus similiter. In inceptione
vero itineris atque redditum non sit luna in ascendente vel
in 7o aut 4o nisi fortassis in itinere brevi ponunt lunam
in ascendente vel 7o. In introitum aut civitatis aut
domus non sit in ascendente 2o vel 7o. Dixit quoque ptolomeus
Cave impedimentum 2i dominum eius egredienti et 7i et
dominum eius ingredienti. Luna tempore cepti itineris cum fuerit
in via combusta egrotabit peregrinus in peregrinacione illa
vel aquas graves molestias patietur. Luna in 4ta
domo salva sit facilitatem itineris presentem et quod numquam sol-
vetur de pena corporis sui. In itineribus signa fixa
vituperantur, mobilia conceduntur. In itineribus levior
est aspectus malorum ad ascendens quam ad lunam. In itineribus
super mare apta lunam in signis aquaticis preterquam in scor-
pione et cave a saturno nisi aspexerit eum iupiter. In
passagium maris si fuerint luminaria impedita et dominus
fuerit luna in coniunctione vel oppositione solis periculosum est
et horribile. In peregrinacione super terram apta lunam
in signis non aquaticis et cave a marte nisi aspexit
eum venus. Non nocet mars in peregrinacionibus aquaticis
sicut nec saturnus terrenis. Dixit dorotheus In peregri-
nacione aque si fuerit luna in prima facie arietis facilitem
signant In taliter tutus erit ab impedimento maris
Si aut aspexit eam saturnus naufragium ei faciet
In 2a facie geminorum tarditate fine et pauca salute
In tauro aut salute ex omni impedimento. Leo impedimentum
facit et maxime si aspexit lunam malus. In virgine
prosperitate et tarditate atque reversionem. In libra per 10
gradus nullum iter incipies nec in scorpione. In sagitta-
rio tardetur autem ad optatum pervenietur. In
capricornio mediocre. In aquario finem et tarditatem
In piscibus impedimentum et destructionem nisi fortuna aspexit
lunam tunc tunc eum alleviabitur impedimentum. Exitus regis
vel principis presentis expletur cum fuerit cancer ascendens

Et dixit Almansor Si quis ad regem accesserit luna existente
in aquario vel piscibus non curabit de eo rex Elige ascendens
eunti ad regem signum sue integracionis vel natiuitatis Et eunti
ad negociaciones et cetera Et petenti coniugium septimum Sic et
facies in omnibus quibus eligere volueris Et in hiis est luna
iungi dextris signatoribus utputa soli pro rege Et mercurio
pro negociacione Vel ioui sed veneri pro coniugio Si fugerit
quis pone dominum domus 1e vel 8e in ascendente vel dominum
utriusque eorum coniunctum dispositori domus ascendentis Vel sit dominus
1e combustus aut retrogradus malivolus infortunatus Pro electione
vel naves illa que magis infortunatur non debet ascendenti que
vnius 10 domum septimum Etiam cardinum terre Et in angulos
fortune magis fortunatus eligatur Similiter et de aliis pro fortibus
domorum iudiciorum Et mars corrumpens dominum ascendentis
et luna vel alter eorum contraxerit naves Saturnus
frangit et submergit Iupiter fortunans salute nauiga-
cium et navis integritatem significat Venus fecundat
et gaudere facit Mercurius periculum parat Et si mars
fuerit in 10 vel 11 cum aqua stellarum natiue sive ut
de cordibus signorum comburetur navis et que ipsa continet
Si fuerit ascendens aquarius in eleuacione celi Et fuerit
cum hoc saturnus boni esse ventum inveniet magnum
Si libra mediocrem Et si gemini ascendat fuerit et mer-
curius boni esse permixtus erit ventus cum fortitudine quadam

Capitulum quintum de electionibus ultime quarte circuli ascendentis

Restat nunc de electionibus ultime quarte pertractandum
Et incipiendum est a rebus 10e domus Cum quis princeps
regnum ingreditur et in sedem imperii sublimatur fuerit et
ingressus diuinus Et sol cum saturno cito degradabitur
In morte similiter pro luna estimetur Quot gradibus distat
sol a gradu ascendentis tot annis mensibus vel diebus regnabit
Item pro partem regis et officii que a sole accipitur in
gradu medii celi et proicitur a gradu solis Et ubi terminatur
proiectio ibi est pars Cum loci dominus si est in domo vel
exaltacione sua annos maiores perficere tribuit Et si dominus
est sub radiis aut dominus est infelix aut in signo malorum
vel tercio vel adversus quot sunt minores anni tot menses
vel dies accipies Volens conficere cum rege vel principe

Ad regnum cui cum perveniat sit 9o cum fuerit iupiter in ascendente
vel nono et iungatur ei luna vel venus ex aspectu angu-
lorum et caveas partem iovis in eo vel ponas saturnum
et martem in aspectu angulorum vel luna sub radiis. In subli-
matione regis in sede sui imperii sit ascendens 4 et eius signum fixa
sit et dominus medii celi et dominus ascendentis liberi a malis vel
dominus ascendentis aspiciat ii ex inimicicia sed dominus celi et luna
sint in loco forti. Cum petere regnum aut dignitatem in una
regione apta dominum medii celi in 10 ab ascendente 4 lunam
In acceptione imperii vel regni sit ascendens leo et sol in
tauro in medio celi et luna in ascendente iuncta fortunis
aut dominum medii celi. Hora qua susceperit prepositus potestatem
aut villicus villicacionem sit quod saturnum intret ipsum et dominum
suum et hora qua dignitatem intraverit sit quod futurum
sit vel ipsum et ipsum sibi subiectum. Primum a 10 et
2m ab ascendente cognoscere. Cum fuerit dominus ascendentis hora
qua intraverit aspectus dignitatem in domo 2a vel aspexerit
dominum 2e ille magnum dampnum in possessione illa feret
et e contrario si fuerit iupiter dominus 2i per contrarietatem
vel fortunas et malignos. Cum fuerint dominus ascendentis
dispositioni domini 2i aspectu amicabili magnas expensas
prepositus aut villicus faciet. Et si fuerit aspectus inimicicie
peiorem. Si autem fuerint dominus 2e domini ascendentis dispositioni
ex amicicia lucrabitur gratia ipsius. Si autem fuerit ex inimicicia
lucretur cum inerte et ira. Cum prepositus aut villicus
in domo fuerit sublimatus fuerit ii domini et eius dominus mali
esse sue substantie et familie male erit et si fuerit 2a
domus et eius dominus mali esse non lucrabitur apud ipsum
illum. Si vero fuerit et potestas non appareat ei nisi luna
fuerit descendens lumine et impedita. Caveatur de ascendente et
domino eius et sic fortificata sint et eius domini sed lunae
dominum faciens cum domini volueris mutare. Cum ab aspectu
2am ordina petens sit dominus ascendentis directus aspiciens
ascendens non tamen ex opposito sit et signum ascendens fixum
et luna sit aucta lumine aspiciens dominum domus sue.
Ad personas quibus supplicamus planetas adapta ut solem
vel dominum medii celi pro regibus iovem pro iudicibus martem
pro bellorum ducibus saturnum pro senibus nobilibus mercurium

Pro scriptoribus et luna pro mercatoribus fere mediocribus
et vulgaribus coniungatur quod luna cum uno vel duobus astris ex
apto loco et aspectu convenienti et ad optatum pertinget si
deus voluerit. Et hec sunt que de libris astronomie et astro-
logie excerptas ex tempore potuimus. In quibus nichil vel parum
de meo addidimus Nisi in primo libro dum tractat quedam
que nobis videbantur rationabilia interposuimus que tamen
aliis corrigendis corrigantur. Consulimus ergo huius
libri lectori quod caute et modeste de futuris iudicet [illegible]
et ratas doctrine regulas imitando Nam dicit Augustinus libro
7o confessionum capitulo 20 et 27o Item de doctrina christiana libro
2o capitulo 18 quod astrologis [illegible] divinatores [illegible]
et [illegible] narrationem [illegible] aliquid edere quod [illegible]
[illegible] a parte prime motum quod siderum et in [illegible]
vestigia [illegible] cognitorum ad quam licet sibi vere
et futurorum [illegible] et [illegible] si ratas
et certas tenere

Capitulum sextum de distinctione sciarum

In principio secundi libri predictis est: Excepcionarum
rationis tractatum promisimus de quibusdam scientiis exce-
ptivis que falsis simulacris sub clamide facultatis
astrologie simplicium intelligentiam et errores abissum precipi-
tant. Eas autem omnes scientie exceptive sub nomine magice
comprehenduntur. Igitur sciendum quod magica dicitur a magis dicte
scientie. Quod enim greci magos sonant hebraice Rabi latine
vero magistros solet appellari. Unde magica per sui divisionem
dividitur in mathesim et mathesim. Dicitur autem mathesis
a mathesis quod abstractum sonat vel divinum quasi di-
vinatores sciens in abstracto. Mathesis dividitur in quatuor species
scilicet piromantiam aeromantiam ydromantiam et geomantiam.
Piromantia dicitur a pir quod est ignis et mantio id est divinatio
que fit per inspectionem quarundam figurarum atque formarum appa-
rentium in flamma ignis qui fit ex lignis excisis per
aqueductum allatis. Si autem huiusmodi divinatio in aere fit
aeromantia dicitur. Si in aqua ydromantia dicitur, ydros
enim aqua dicitur que species fit per inspectionem umbrarum demo-
num in aqua invocatarum [illegible] eorum [illegible] videre et ibi
aliquid ab eis audire. Ad genus divinationis a spiritibus allatum
Geomantia dicitur a geos terra et mantio divinatio

species vero (?)

Geomantici in arena puncta sive in chartis (?) protrahunt et ex his
tamquam par et impar 16 figuras colligunt de quarum
numero quatuor matres et 4 filios cum 4 bellantibus
12 signis celi attribuunt per quas sequuntur 2 testes
atque iudex, hec quidem sciencia magnam apparentiam habet
cum astronomia eo quod ipsi per figuras illas tamquam per
planetas et signa futura pronunciant, preterita vident et
futura narrant ut estimant ipsi cuius fundamentum in
sortilegio radicatur. Illicita enim est nec veritatem quamque
in se continet, et si eius sectatores verum interdum pronunciant
ex casu est, Nam ut dicit poeta quandoque conservat verum ut falsa
figurat. Hanc scienciam tradiderunt indi in libro estima-
verunt indi et magister Gerardus cremonensis et bartho-
lomeus de parma. Mathesis dividitur in theurgiam
et almimanciam. Dicitur enim theurgia a theos quod est deus
et urgeo quasi sciencia urgens deos. Et dividitur in theur-
giam maiorem et minorem. Theurgia maior continet duas
species scilicet rathanimanciam et nigromanciam. Rathanimancia est de
adiuracione angelorum cuius inventor fuit arphaxat. Nigro-
mancie inventor primus fuit Belial et archytas. Et
4 sunt libri principales, primus est clavicula salomonis grece
in quo tractatur de exorcismis et figuris, de vestimentis
et instrumentis requisitis ad nigromanciam. Secundus est liber introductorius.
Tercius est liber officiorum spirituum malignorum. Quartus est liber
librarum operacionum. Quintus est liber semiphoras qui
plenus est de caracteribus ignotis et operibus superstitiosis.
Divinacionis scilicet augurium aruspicium maleficium sortilegium
et prestigium. Augurium dicitur ab augur quod est avis et gar-
rio quasi in garritu avium divinacio. Aruspicium dicitur ab
aris inspectis per sacrificia deorum sive demonum. Malefi-
cium seu maleficium dicitur genus divinacionis quo ita nobis demones
subiciuntur ut nobis pareat. Sortilegium est divinacio per sortem
cuius plures reperiuntur libri. Et almimancia dicitur quasi alta
divinacio et continet sub se scienciam totam imaginum tam
nigromanticarum que fiunt cum impressionibus caracterum
et exorcizationibus quam eciam naturalium in quibus nichil suspectum
admittitur. Imaginum nigromanticarum duplex est modus
quorum unus est abhominabilis quia invocacionem exigit ut

Sunt ymagines Toz greci et germe babiloniensis in libro
stacionum ad cultum veneris in quo plures continentur tracta-
tus scilicet de speculis anuli caracteribus et ymaginibus et inci-
pit sic Commemoracio ystoriarum Item liber belenii qui
Ymaginem primam Et hermetis qui Geometrie et philosophie in quibus
exorcizantur ymagines per 7 et 10 quatuor nomina angelorum
sive demonum Et scribuntur in eis nomina suffumigacionis
per se mala Et recto ordine per se bona Et subfumigantur
per se bona cum ligno aloes croco et balsamo per se
mala cum resina sandalo nigro et galbano Et ut sed-
derunt se quatenus fidedignus observant cum quibusdam
nominibus dierum mansiones lune et horas diei et noctis
cum quibusdam nominibus dierum horarum atque mansionum
Hec idolatria quod absit a cunctis fidelibus christianis
Alius autem modus est suspectus qui licet invocaciones detesta-
biles non exigat est tamen incommodus et contagiosus per ignota
nomina contenta sub quibus plurimum sit cavendus aliquis cum
demonibus et eorum cultus Ut est liber quatuor anulorum
salomonis qui sic incipit De arte eutonica et ydaica
Et liber 9 candariarum qui locum admonet ut dicamus
de quinque figuris spirituum qui dicuntur purpures in 4 plagis terre
qui Sunt de celestibus Item alius liber de sigillis ad de-
moniacos qui Capitulum sigilli quod valet Item liber macho-
meti de 7 nominibus qui Dixit machometus Item liber
de 7 nominibus eius qui Hec sunt nomina 7 Et liber
institucionis Raziel in quo tractatur de diversis experimentis
per nomina terre maris ignis ventorum cardinum mundi
signorum et planetarum et angelorum eorum secundum quod singula
eorum in diversis temporibus diversa nomina sortiuntur Et incipit
sic In prima huius prohemii parte Item alius liber de
capite saturni qui Ancius hic secretissimum Et hos
libros sequitur liber lune qui sic incipit Probavi omnes
ymagines Item liber belenii de 4 ymaginibus Et liber
eiusdem de ymaginibus mercurii Et alius eiusdem de tribus anulis
et sigillis qui Dixit expositor Item liber solis continens
plures ymagines Item liber ymaginum martis liber yma-
ginum veneris Et liber ymaginum saturni Et hos libros
sequitur unus qui sic incipit Tractatus octavus cuius

Actor fuit hermes. Item liber quem edidit sol de arabia
Cuius sic incipit Diuini fontis influentia. Ex omnibus librorum
pessimus est quem scripsit aristoteles ad alexandrum qui de morte
anime dicitur. Cuius nomen corrupte. Est et alius liber qui de anima
del saloris in quo tractatur de officijs. Sed alium quem dicunt
sanctum Ieronimum exposuisse quod non credimus eiusdem conditionis
est enim arte notoria que est de scientiarum notitia acquirenda
per orationes cerimonias et abstinentias. Hanc composuit salomon
grecus et exposuit eam appollonius. Scientia vero ymaginum
naturalium et omnium predictarum superstitiones eliminans que
solum a figura celesti virtute nascitur. Et si fuit ymago
destructionis vel expulsionis animalis a ipse nomine ab aliquo
loco de quo fuit aquus requisitum. Accepto primo interroga-
tionis ascendente certissimo et si eiusdem significatores absisionem
significauerint fundatur ymago sub ascendente similis significationis
expellende vel sub ascendente eiusdem interrogationis infor-
tunato ascendente et domino eius a domino domus sui vel per
aliud malignum aspectum siue receptionem infortunata est
luna et domino domus eius parte fortune et domino eius alter
domino hore remotis que fortunis ab ascendente ab angulis
eius et a triplicitatibus ascendentis. His et aliis conditionibus
obseruatis sepelietur in medio loci a quo fuganda fuit
ipse illa. Posita que in ventre ymaginis de terra ex quattuor
lateribus eiusdem loci dum terra aut deletur est opus contrarium huic
scilicet sub hora electa et habebit effectum a virtute celesti
iussu altissimi et hoc est quod dicit ptolomeus. Cum vultus huius
seculi et virtutibus celestibus sunt subiecti et adiungit ydeo
sapientes introitus stellarum in celestes ymagines obseruabant
et ymagines elementales formabant ad id quod volebant
De his ymaginibus inuenitur liber thebit qui sic incipit
Dixit thebit bencorat. In quo sunt ymagines super
fortuna et impedimento super itinera(?) et negotiatione super principatu
et placatione super coniunctione et separatione. Est et alius liber
qui de operibus ymaginum ptolomei. Ex omnibus librorum perfectissimus
in hac scientia est liber quem scripsit sapiens peritus(?) in actibus
grecorum perfectissimus in quo elongatur ab illicito separat
nocumentum(?) perimit commodum eligit secreta pandit via(?) et modus

ostendit et occultas rerum naturas enucleat ad cuius
intellectum nemo pertingere potest nisi prius in quadrivio fuerit
edoctus. De his ymaginibus naturalibus loquitur Albertus
dicens: Qualis videtur exorcismus esse vel invocatio
que dicitur in ipsius inscriptione: Hec est ymago destructionis
speciei scorpionis a loco illo in quo fuerit in eo sculpta
ymago. Nec videtur iterum inscriptio esse caractere
qui in dorso eius sculpitur hoc est destructio. Nec in yma-
gine amoris hoc nomen amor scribatur invocative. Nec si
in fronte eius sculpitur hoc nomen scorpio quod est nomen
speciei fugande et in pectore nomen ascendentis et nomen eius
domini qui est mars et nomen lune. Quis iterum est hic
ei cultus si in loco a quo fuganda fuerit species illa sepul-
ta fuerit ymago capite deorsum et pronum pedibus elevatis.
Sed non videtur absque ratione quod debeant hii libri aliorum
portare iniquitatem. Sunt preterea duo libri naturales
hermetis quorum unus est de quibusdam medicinis in ortibus
planetarum confectis qui sic incipit: Cum saturnus fuerit
Alius est de confectionibus ad capienda animalia
silvestria et lupos et aves qui dicitur liber hermetis
ad Aristotelem continens hoc secretum. Est etiam quedam
ars que ciromantia dicitur que sub predictis non comprehenditur
que videtur esse collecta ex ingenio indicorum astronomie
super corpus et animam dum mores animi conicit ab exteriori
figura corporis. Non quia unum sit de altero sed quia
ambo inveniuntur sub uno causata. Et sic est finis
huius libri Anaglypharum magistri Nicolai etc.
de Dacia.

Incipit quartus liber Anaglipharum qui est de industriis astrologicis circa scientiam medicine

Vir vero superest tercius hominis

scripture particulam diligencius pertractare in qua quid principes artis medicine sectatores, preter id quod utilitati desunt et laudi, gloriam artis industriam longissime quam extendere possint. Qua de re Egiptiorum antiqui teste Ptolomeo in primo quadripartiti, doctrine medicinali scientiam astrorum adiunxerunt quoniam utraque via procedentes sui operis decorem finem attingerent. Ad quod sapientissimus Ypocras considerans in primo pronosticorum sic ait, Est etiam quoddam celeste signum in quo ipsum medicum providere oportet. Cuius si tanta sit prudentia. admirabilis et nimium quam stupenda. Nonne etiam est quod futurum prehabeat precium, sive vel competenti remedio tollerabilius fiat. Et si moriturum finem. alii vero predicet salutem. Nunquid astrologorum in alto ponetur. Quamquam aut hoc de veritate non aere quid intelligere volunt. Non nunc tamen sive sic vel aliter intellexit, etiam Astrorum Ypocras in pronosticis voluit et notiam. Affertur etenim ipsum de hoc specialem atque particularem edidisse tractatum. Immo nulli dubium quin corporum celestium impressioni dicte et per se subiciat forme elementares. Et quicquid ex ipsis compositum fuit. Res insuper naturales et que preter naturam sunt corpus nostrum circumdant et movent. Accidunt accioni et mutacioni exinde recipiunt ut dicit Serdamas. In eo amphorismo. Et mutacionem stellarum in longitudine et latitudine vicia nature et consuetudines permutantur. Quamobrem tanti operis utilitate temptans pertractare. propter decorem novellis ut quorum ab auctoribus sunt aut privatim recepti hec totum ordine quodam discipline sub brevitatis tramite perstringere volui. Parcat igitur brevitati tempus lector prudens. Nec quis spem in sermonibus multis cumen imponat. Cum scriptorum meorum commoditati magis intendere quam verborum foliis ipsorum replere velim auditum

109

Capitulum primum de respectu planetarum et membra et egritudines in corpore humano

Generales planetarum atque signorum conditiones no
verunt in primis et offerant utrique quatenus ex
hiis ad specialia commodius descendere valeamus. Est igitur
sciendum quod saturnus sua naturali significatione habet de corpore humano
aurem dextram et melancoliam splenem et vesicam cum par-
ticipatione flegmatis acri. Cuius egritudines sunt catarrus
ptisis. typica febris. lepra paralisis podagra. Ydropisis cancer
scorpeis et ventris solutio cum omni egritudine ex frigore
causata. Jupiter habet epar tactum pulmonem costas car-
tilagines et spermata cum sanguine. Cuius egritudines sunt
cephalea litargia cardiaca peripleumonia pleuresis
apoplexia et spasmus cum hiis que occasione sanguinis
et ventositatis in corpore fiunt. Mars habet aurem sinistram
fel cum intestino colon renes venas testiculos
epar cum sene. Cuius morbi sunt febres quottidiane
tertiane causon emigranea sinapima aborsus herisipela et
omnia ex nimio calore et sanguinis adustione proveniunt. Sol habet
cerebrum et medullam in viris oculum dextrum in feminis sinistrum
cor et nervos et in omnibus membris dextre partis operatur. Cuius
morbi sunt calidi et sicci sicut tisis visio et fluxus reumatis
ad oculos. Venus habet odoratum spermata cum sene mulierum
spondilium nates et lumbos pectine et matricem et coitum cum
luna carne et pinguedine. Cuius morbi sunt frigiditas stomachi
epatis et cordis apostema fistule humorum superfluitas et pre-
cipue circa lumbos et genitalia. Mercurius habet cerebrum
linguam et memoriam pulmonem fel cum marte atque nates.
Cuius morbi sunt perturbatio mentis mania et epilensia
tussis et sputi habundantia. Luna habet gustum deglucionem
stomachum et ventrem pudenda mulierum et habet operatum
in omnibus membris sinistre partis sicut sol dextre. Morbi eius
sunt paralisis oblivio [illegible] membrorum [illegible] et omnia
ex venarum opilationibus proveniunt. Predicte planetarum
significationes naturales sunt multa non mutabiles nec loco nec
situ eos mutant nec ad accidentia quodcumque. Nisi duntaxat si
fuerit signator orientalis sive infortunatus antequam [illegible]
vel nonas et quindecim [illegible] dies si fuerit [illegible] vel
[illegible] suis morbis vexat egrotum.

Capitulum secundum de significationibus planetarum super quibusdam doloribus in 12 signis

Et eius non negligent pre- / tereundo planetarum q[uod] i

Secundum particulam suam in signis dolores et egritudines in specialibus membris significant quemadmodum tabula continet infra scripta. Et hec significationes nulla ratione fortunis vel infortunis removentur. Que si omnia precedentibus convenerint securior erit iudicii summa secundum prelata

Capitulum 3um de electione domorum in hora questionis infirmi

Necessarium existimus per predicta domorum electionem subiungere, ut dum ab universalibus ad singularia procedatur solercius ordo contexatur. Est itaque ad memoriam revocandum quod in questionibus interrogationum de domorum electione ostenditur que non est signum quod in oriente ascendit prima domus dicitur. Nam si egrotans vel lapsus tanti roboris fuerit ut per se medicum de sua infirmitate interrogaverit vel propriam urinam portaverit, tunc signum quod vere ascendit prima domus dicitur et 5a ab ascendente domus eius est. Si autem aliquis ex parte infirmi medicum interrogaverit vel urinam portaverit, considerandum est tunc affinitas et habitudo interrogantis aut portantis ad infirmum utrum videlicet sit frater, pater, filius, famulus aut uxor vel saltem amicus aut extraneus, qui pro tanta amoris sollicitudine curam voluit de egroto. Unde si fuerit frater aut consanguineus qui medicum interrogaverit aut eius urinam portaverit tunc 3a domus ab ascendente pro prima accipiatur et sic de aliis. Si vero quesierit pater vel mater de filio tunc 5a domus ab ascendente pro prima accipiatur et reliquae domus secundum ordinem aliarum. Item si quesierit filius de infirmitate sui patris quarta domus ab ascendente pro prima sumatur. Si de sua matre 10a ab ascendente pro prima accipiatur. Et si quesierit vel portaverit urinam fuit famulus aut ancilla 6a domus ab ascendente pro prima eligatur. Si quesierit vir de uxore vel econtra 7a domus erit ut prima. Si quesierit aut portaverit urinam fuit extraneus aut amicus notus nulla affinitate iunctus sed forte quodam caritatis intuitu sollicitudinem de eo voluit habere tunc quod vere ascendit pro prima domo intelligatur et reliquae domus secundum hunc

Egrotans per se 1

Affinis

frater consanguineus 3

pater et mater 5

filius de patre 4

filius de matre 10

famulus 6

vir uxor

extraneus 1 / domus 1

ex melan[...] / colera

Ascdme disponuntur. Unde quotiens in sequentibus fiet mentio
de ascendente vel 7a 2a 6a domo et huiusmodi, per ascendens
intelligere primam domum quam secundum affinitatem aut condi-
cionem interrogantis elegisti, et ab illo sume reliquas ut
7am aut 6am et huiusmodi. Tertia secretum quod tibi
ostendi et illud memorie commenda, qui si aliter operatus
fuerit in errore devenit plerumque cadens. Nam demum — *de natura morbi*
morbi scies a domino 6e decubitus vel eius et a signis
compatibus sua et ceteris ut si dominus 6e fuerit saturnus — *♄*
sextum eidem signum frigidum et siccum, morbum ...
ex natura saturni portendit. Cuiusmodi sunt melancolia
paralisis podagra etc. ut supra patuit. Et si fuerit dominus 6e — *♂*
mars signum quoque sextum calidum et siccum, tunc morbo
martis vexatur infirmus. Eodem quoque modo de reliquis
planetis indicetur. Et si planete natura et signi
complexio abinvicem discordaverint, tunc fortioris imitabere
naturam. Que omnia tu per te deinde poteris discernere. Unde si fuerit
saturnus in ariete tunc fortior est natura signi quam planete.
Unde de calido et sicco indicandum est ut febris horrisipla, — *Quando infirmitatem indicat contraria planete in signo dere*
In terreo [illegible] in aereo dissenteria et ventositates — *x ex melancolia colera x*
In igneis [illegible] febres diffinitivas et attenuat. Mars
aquatico ydropicum in aereo lepram designat etc. de aliis

Capitulum quartum de signatore infirmi eligendo

Ecce scire oportet quod signator infir-
mi vel aliorum per ascendens vel alterius loci ex 7
planeta eligitur, videlicet ex sole luna domino ascendentis
domino partis fortune et domino coniunctionis vel plenilunii. Unde in
principatu optinens in potestatem fortune vel multitudine
dignitatum pro signatore tenendus est. Sunt demum potestates
planetarum essenciales 5, videlicet domus exaltacio terminus
triplicitas atque facies ut supra patuit. Domus habet 5 potestates
exaltacio 4 terminus 3 triplicitas 2 et facies unam. Nec
[illegible] in hac de triplicitate tamen. Dignitates vero acci-
dentales sunt secundum domorum fortitudines. Nam signum ascendens sive — *dignitates accidentales domorum*
prima domus [illegible] habet 12 dignitates, decima domus
11 undecima 10 septima 9 quarta 8 quinta 7 nona
6 tercia 5 octava 4 secunda 3 duodecima 2 et sexta 1.
Quicumque igitur ex 7 planetis dignior atque fortior extiterit
tam ex parte potestatum essencialium quam eciam ex parte fortitudinis
loci in quo fuerit, utrisque numeris simul coniunctis illum pro

♄ significator infirmi in oriente mors nocet quod in occidente
or in occidente
♃ in leone
♀ in meridie

Alio significatore constituens, Cum aut significatorem non erat Scias quod luna que erat particeps cum eo constituens fuit prtis, Est eciam Notandum quod si fuit significator saturnus vel caput draconis habuit cum significatore, fuit quod in parte orientis, mors nocebit infirmo, Simile et mars mors impetit in occidente, Et Juppiter bonum augens existens in leone, Prodest quod venus existens in parte meridiei Luna malicia maligni minuitur in parte quemeti, Et bonitas augetur fortune, Et peior significatio que fieri potest super egroti est ut sit significator eius sub radiis, ut pars fortune impedita aut dum fuerint ambo luminaria sub terra.

Capitulum Quintum de loco egritudinis in corpore perquirendo

Expedit quod huius scientie sedulus indagator locum egritudinis in corpore humano diligenter inquirat, Unius aut rei talis est modus, ut indicatur in qua duodecim cele significator infirmi fuit infortunatus, Ita ut prima domus quecumque sit illa scilicet caput, 2a collum 3a humeros brachia et manus Quarta pectus pulmonem et continencias suas, Quinta stomachum epar latus et dorsum. Sexta ventrem inferiorem cum intestinis usque ad podicem, Septima ilia renes et lumbos Octava testiculos viri et vulvam mulierum partem vesica et podice, 9 superiorem partem coxarum, et mam strorum 10 medietatem coxarum inferiorem. 11 crura genua usque ad talos. 12 domus pedes cum suis egritudinibus possidet, Quidam aut volunt quod accipiatur distancia inter gradum diei hore et gradum solis et procedatur ab inicio arietis, Alij aut ut Azmor dicunt, Et si sexti ducis arietem occupat in capite, thaurus in collo, pati testatur, Alij vero dicunt quod locus infirmitatis accipiatur ab inicio arietis dando cuilibet signo 30 gradus et ubi finitur numerus in illo membro est infirmitas quod tali signo appropriatur, dando caput arieti et collum tauro per ordinem signorum et membrorum predictorum. Sed alij volunt quod accipiantur gradus equales, qui ascenderunt de signo ascendentis et multiplicentur per gradus ascensionum signi illius. Et numerus exinde proveniens procedatur a gradu ascendentis, dando cuilibet signo 30 gradus et ubi terminatur ille in eodem membro erit infirmitas, dando caput ascendenti eundo per ordinem domorum ut supra diximus, Et si fuit significator super terram erit

infirmitas in parte dextra membri illius, sub tua vero in
parte sinistra. Dicit autem Sergius Si fuerit significator
infirmitatis in principio signi superiores corporis afficiet partes,
si medio medias Et in inferiori inferiores continet Significator
etiam malivolo cum sole distinctus dextram, Cum luna
sinistram pati fatetur, Et significator in signo diurno
anteriora et in nocturno posteriora affligi dolore contempnat,
Et si fuerit fortiter infortunatus in signo multarum ascensionum
infirmitas totum corpus occupat Si vero in signo pau-
carum ascensionum infortunatus fuerit Erit infirmitas in uno
membro solum. Sextum egrotantis separatio a planeta a de fine egri
quo significator infirmi separatur vel qui ab ipso recedit
Naturam morbi facies a domo cui corrumpente significator
rerum ut ascensus, et a domo melius ab ipso aspecta Si
autem solitarius incesserit significator per se met naturam
morbi ostendit, domum vero eius fortius aspiciens occasionem,
locum autem eius membrum egritudinis ut dictum est manifestat
Et si in principio egritudinis fuerit luna in signo mobili
fit velocitate in rebus egri in bono ut in malo In
fixis egritudinem prolongat, In bicorporeis de egritudine
in egritudinem transibit Et Notandum quod causa egritudinis
si fuerit ex habundancia vel replecione in corpore et fuerit
lumine lune in augmento. hoc est grave, Et in dimi-
nutione valde bonum, Et si causa egritudinis fuerit
Et inanicio et luna sit diminuta est grave, si aucta
bonum est Similiter si luna in principio egritudinis fuerit
in signo qualitatis pertinentis que causat egritudinem hoc est
malum Si vero in signo contrarie nature bonum est, Cum
evenerit infirmitas dum luna fuerit in signo in quo erat
malus planeta in nativitate vel in eius loco aut opposito
aspectu erit grave, Si autem incepit infirmitas luna
existente in signo in quo erat fortuna in radice nativitatis
vel eius bonus aspectus erit infirmitas valde levis nisi
complexio infirmitatis complexioni fortune contraria fuerit.
Et tunc hoc quantitatem infirmitatis aspicias, Cum fuerit
ascendens infirmi contrarium constellationi sue nativitatis
et perfecto ascendentis nativitatis ad ascensus infirmitatis appli-
cuerit valde malum pronosticat Per contrarium intelligendum
septimum vel sextum domum nativitatis

Capitulum sextum de scientia cognoscendi utrum infirmus ab egritudine contra

In predictarum scientia adnotatur: Generatur eiusdem
egritudinis te perduxit volens scire utrum ab
illa infirmitate evadere possit. Vel non aspice solem
et lunam et dominum ascendentis. Cum si omnes tres vel
saltem duo illorum fuerint infortunati et iuncti domino
8i non evadet. Secundum [illegible] non si dominus 8i receperit
dominum ascendentis vel luna non erit timendum. Vel si fuerit
dominus 8i sub radiis combustus frangitur eius malitia vel
morte perit. Et si fuerit luna vel dominus ascendentis cadentes
ab ascendente vel in malis locis aspexerint eos maligni
vel proiecerint radios suos super ipsos. Vel si fuerit
dominus ascendentis in malo loco super terram et proprie in
8o fuerit cum iunctus planete sub terra existenti et
proprie planete in 4to. Vel si fuerit dominus ascendentis
cadens ab angulo et dominus 8i firmus in angulo vel in
ascendente. Vel dominus ascendentis iunctus infortunis ex 4to vel
opposito non recipientibus eum. Vel si sit combustus aut ap-
plicans impedienti [illegible] dum aliquid istorum videris
sibi contingere mortem non evadet. Nisi aspectus fortunarum
in predictis casibus se miscuerint, quia bonarum aspectus
infortunarum malitiam minuunt et omnino tollunt. Convenit
etiam te in hac re ad memoriam reducere ea que de excellentiis
que in parte introductorii scripsimus. Amplius quod significator
vel luna recesserit a domino 8i vel planeta infortunante
per integrum gradum vel [illegible] periculum et timorem dimittit
absque morte nisi fortassis aliquis malignus ex quarta
domino significatore eos infortunaverit. Timetur in egritu-
dinibus cum fuerit ascendens impeditum et eius dominus fuerit in 8o
non receptus. Timendum est in principiis egritudinum cum sol
in die et luna in nocte fuerint impediti. Si fuerit pars
fortune cum malo in 6o 8o vel 12o remotis benivolis
mortem inducit egrotanti. Timendum in impedimento [illegible]
dominus xi [illegible] dominus 8i [illegible] dominus sexti
[illegible] dominus 12i. Hora mortis est cum pervenerit
applicans ad gradum receptoris secundum [illegible] vel
oppositum. Vel secundum unum gradum [illegible] eos dando [illegible]
gradui mensem diem vel horam secundum quod signum

Applicantibus sunt signum mobile vel que sunt aut mobil
horum que diximus in veneris sunt sunt ut est ipse
scilicet sol luna et dominus ascendentis salvi ab infortuniis
et a domino domus salute infirmi significat / maxime si fuerint
aliquis istorum fortis in angulo vel fortunatus vel salvi
saltem fortune ab angulo / Similiter si fuerint aliquis
istorum tamen in signo membri in quo est infirmitas
sine impedimento vel fortunatus in illo vel ab angulo
eius liberat egrum quia luna iungetur illi fortune for-
tunate signum illud / Secundum si fuerit luna vel dominus
ascendentis in signo membri infortunatus vel ab eius angulo
timendum erit a periculo mortis / Quandocumque invenitur
solem in signo membri infirmitatis vel intrantem in ipsum
removet infirmitatem illam et sublevat egrotum ut
aqua ibidem existens vel aspiciens hoc impedire potest
Scito in hora interrogacionis de ascendentis medico medium
celi egroto .7. morbo / 4 quartum medicine et si in
ascendente fuerit infortuna vel ipsum per eam vel oppositum
infortunavit impeditur medicus in consideracione sua
Nec proficiet egro et si in medio celi fuerit infortuna
occasio morbi ex infirmo est et semper nocebit Si
in .7. fuerit infortuna morbus in alium morbum mutabitur
et si bonus ibidem existat absque omni medicina cura
potest Si in 4to malus fuerit tunc medicina exhibita
dolorem auget sed bonus ibidem si fuerit curat Vnde primus
ascendens medicum / medium celi notat egrum Septimo
langorem sed quartum donat medicinam / Secundum igitur
istorum et locorum dominos adinvicem applicacionem benivo-
lam vel malivolam recepcionem et reputacionem et industria
tua satis cognoscere poteris si medicus egro proficiet
vel per habitudinem primi et .7. vel si egrotante medi-
cinet per dominum celi et .7. vel si dominus .7. dominum ascendentis
recipiet aut ei virtutem offerat medicum egroto utilem
esse testatur et medicantis diligencia egrotanti quod
facit / Sin autem e contra / Et si cum hac dominus domus quarte
habuerit in corrumpendo per eum ab eodem manifestat Si
autem dominus ascendentis dominum .7. recepit aut medicum
pium misericordem et sollicitum erga infirmum dominatur
Medicantis eciam prudenciam et mediantes effectum dominus
ascendentis cum domino celi examinat / luna cum medio celi
ascendentis cum domino celi examinat luna cum medio
nobis in quocumque loco aut cum sole medium vel

Propterea sunt hec et malivolus in ascendente fortuna autem Luna aut benivoli cum sole maximum prestabit auxilium. Egrotantis quia sunt ab ascendente dominus luminaris et celi. Secundum eorum felicitatem et corruptionem dependent.

Tempore quando egroto contigit et repugnantia morbi cum natura. Unde conatur natura materiam expellere que corpori celesti disponenti et cooperante tunc peccat vel succumbit. Cum secundum cursum lune ad latera 16 angulorum et ipsius ad stellas alias movetur materia contra naturam quod molestans insurget contra naturam ut ipsam expellat. Et ideo dixit ptolomeus quod crises vere sunt hore in quibus apparet mutatio esse infirmi ad bonum sive ad malum in tempore morbi. Ipse sunt essentie lune in angulis quadratis et formant circulus directus. Et mutationes que sunt illarum modi que sunt ex natura lune in angulis octanis. Et ille que sunt ante illas sunt illorum iudicativi. Et sunt essentie lune in angulis 16 laterum. Huius rei exemplar erit secundum hunc modum. Intelligamus circulum lune divisum in quatuor partes equales. Et tunc erit circulus inclusus quatuor angulorum. Et sunt a. b. c. d. quorum unusquisque dicatur creticus. Deinde quelibet harum portionum dividatur in duas sectiones equales super puncta e. f. g. h. quatuor quelibet prodes dicitur. Post hec dividatur quelibet sectio 8 angulorum in duas partes equales super puncta i. k. l. m. n. o. p. q. et sunt iudicativi. Ex his ergo relinquetur circulus 16 angulorum continens crises in punctis a. b. c. d. et quatuor prodos in punctis e. f. g. h. et 8 iudicatos in punctis i. k. l. m. n. o. p. q. Et quia luna alterat humana corpora secundum omnem qualitatem, ideo sciendum quod quelibet qualitatum inchoat mediat et terminat suam materiam. Et exemplo gratia calidum inchoat in a. mediat in b. et terminat in c. Frigidum inchoat in c. mediat in d. et terminat in a. Similiter siccum inchoat in b. mediat in c. et terminat in d. Igitur humidum inchoat

Ordo literarum a q h p b o g n c m f l d k i cum figura motus

In d mediat in .. a et finiat in b Et hec omnia in
subscripta figura clare patebunt

Ad primam indicativam	1	16	18	16
Ab hinc usque ad prodimentum illam	3	9	11	13
Ab hinc usque ad iudicativam secundam	7	2	16	29
Ab hinc usque ad crisim primam	6	19	44	26
Ab hinc usque ad crisim ultimam	21	1	22	7

Manifestum est autem quod luna secundum suas impressiones
circa naturam et morbum iuvando vel nocendo in
huius circuitu cursum quam in aliis angulis Luna enim
ipsis inchoat dominium cuiusque qualitatis et finiat dominium
dictum quod in aliis non contingit Et si luna veniens
super angulum creticum invenerit aliquam stellam vel
ipsius radios Luna quidem stella morbo in qualitate
contrariatur tunc iuvat luna naturam et expugnat
morbum Si autem fuerit stella eiusdem complexionis cum
morbo tunc luna iuvat morbum et ledit naturam
Similiter etiam in angulis prodorum et indicationum
sed minus intelligendum est excepto quod nocumentum vel proficuum
morbi est in prodis quam in creticis Et maius in prodis
quam in indicativis quia in indicativis et prodis signa
se monstrant que in creticis ventura sunt Cum in physica
consideraverint palam est quod in diebus indicativis et
prodorum si bona signa se monstraverint ut puta
digestio materie In urina facultas stercorandi confortatio
appetitus vigor virtutis motive Nemo bonitatis aliquam
retinuit per victoriam nature super morbum Et ex hoc
pronosticat ipsum in die cretica notabiliter inchoare et
per consequens qualiter eum regere debeat non ignorat Si
autem in diebus indicativis et prodis mala signa precedant
ut sunt indigestio vel cruditas urine casus virtutis
appetitive et motive difficultas anhelitus in anhelitu
aut alienatio huiusmodi talia in die cretica veniet cum
nocumento fortiori Ideo astrologus simplex non potest ad hanc
noticiam devenire Nec de creticis infirmi pronosticare
Nisi physicalis scientie noticiam etiam habuerit Nam ut ptolomeus
In libro 100 verborum Non potest quis dare iudicia super
dispositiones stellarum Nisi qui vim anime et naturalem complexionem
bene noverit Advertendum etiam quod ad sciendum verum crisim
oportet frequenter equare lunam quia cum fuerit velox
cursu pertingit ad eum aspectum in 3 die Similiter potest

et conversio ... 22 gradus et 30 minuta per multiplicando 22 per 10 et 30 ... dividendo ...

Pertinget ad oppositum in 13 die Similiter potest plures et
aliquando in 14 propter velocitatem vel tarditatem sui motus
in corpore. Ab hora namque decubitus infirmi super lectum
usque ad quartum aspectum primum secundum motum lune equalem
sunt 6 dies 19 hore 44 minuta et 26 secunda Et ab eadem
usque ad aspectum oppositum sunt 13 dies 14 hore 41
minuta et 32 secunda Et ab eadem usque ad quartum aspectum
secundum sunt 20 dies 11 hore 21 minuta 18 secunda Et ab hora
decubitus usque ad principium unde morbus incepit sunt
2a dies 1 hore 43 minuta et 2 secunda

Oportet autem nunc
ostendere qualiter

Fortificatur luna vel debilitatur per principia et aspectus
stellarum in punctis 16 angulorum. Cum autem in principio
egritudinis fuerit luna coniuncta alicui planete et cum per-
venerit ad locum aspectus quarti vel oppositi et si eadem
stella ei coniungatur vel ipsam aspiciat sicut in principio
erit ei via tunc eadem atque prima secundum naturam planete
atque viam. Si quidem in principio egritudinis fuerit luna
absque aspectu et in die cretica similiter Nec bonum neque
malum significat Nisi fortassis prolongationem infirmitatis
Et tunc oportet inquirere dispositionem existentis a signo
ascendente hora principii egritudinis si notum fuerit vel ab
ascendente interrogationis ut in precedentibus ostensum est Et si
fuerit luna in principio egritudinis sine aspectu In die vero
cretica respexerit stellam bonam vel malam renovabitur
super egrum res bona vel mala secundum naturam stelle et
qualitatem morbi Si autem in principio morbi fuerit luna
in aspectu In die vero cretica non Tunc erit tunc et
accidit secundum naturam et fortitudinem lune in signo suo.
Si in principio egritudinis vel creticis aspexerit luna aliquis
planeta sub radiis solis existens, iudicetur per ipsum ac
si nullus esset aspectus. Si autem elongatus fuerit a sole
secundum quantitatem combustionis ut in 20 libro ostensum est
Testimonium hoc est certe diligenter considerandum quod si in principio
egritudinis pervenerit luna in aliquo die super naturalem
aspectum circa qui sunt in equa distantia punctorum
longitudinis meridiei et lineis atque solsticiorum d'ghs
in parte introductorii clavium ferum medium. Cum si luna
in aliquo angulorum existens tunc habuit aspectum

Renouabitur super egrum res que prius generabatur super
naturis aspectus. Et notandum quod testimonium lune in bono
vel malo si ipsa mixta ut quam habent latitudinem
Et similiter respiciens eam quod si latitudo eorum fuerit
ad eandem partem equalis testimonium eius est perfectum Si
vero inequalis minus. Et si diuersam habuerint latitudinem
in partes oppositas erit debilius testimonium ipsius super
latitudinis quantitatem. Et non permittas aspectus naturales
qui sunt secundum quartam gradus latitudinis septentrionis et
meridiei et equalitatis /

Quoniam operatio lune
est secundum qualitatem
stellarum quibus coniungitur sequitur eius modi cursus et
aspectus planetarum ad ipsam secundum quod egrum adiuuat vel
impedit breuiter explanabo. Si quidem in principio egritudinis
fuit luna iuncta soli in eodem signo valde malum est
Et peius si fuit ante eum 6 gradus non dum transiens
ipsum. Verumtamen si fuit hoc in signo arietis vel leonis
Non erit tunc timendum. Similiter si fuerint iuncti in
signis directe ascensionis minus nocebit quam in tortuosis
Sed in tortuosis si luna transierit solem per 6 gradus dimittet
timorem absque periculo. Si autem in principio egritudinis
luna fuit iuncta saturno significat egritudinem
prolongari Et maxime si fuerit saturnus cursu tardo
Tunc enim cum augebitur malum super malum significat
si fuerit egritudo ex retentione ut constipationem. Si autem
velox fuerit minuitur aliquantulum. Retrogradus autem
oppositum solis patietur quod retardacionem per quam curatur
fuit. Si vero retrogradus fuerit post oppositionem minuitur
aliquantulum de malo. Unde notandum quod si fuerit
luna aucta lumine et in cursu saturnus mediocrium nocebit
ei saturnus quam diminuta magis. Verumtamen luna velox
in cursu iuncta saturno prolixitatem facit et finem
malum Tarda vero non. Et si fuerit saturnus orientalis
a sole fuerit quia infirmitas ex frigore minuitur de malo
Et si ex calore augebit malum super malum. Similiter
quod si fuerit saturnus in aquario dum [illegible] sicut sol
in libra per 21 gradum cum luna minuetur malum
nisi fuerit egritudo de tussi. Preterea aspectus [illegible] ad
lunam in principio egritudinis non nocet nisi fuerit

Aiudo in signis tortuosis Quartus gravis est nisi fuerit
in signis breuibus Sextilis bonus nisi in signis longis
Et oppositus semper est malus / Si vero fuit luna cum Joue
in principio egritudinis optimum signum est et precipue
in aliqua domorum vel exaltacionum Jouis Nisi forsan
signum illud fuit mala domus ab ascendente hora principii
infirmitatis Et si fuit egritudo ex frigiditate plus prodest
ei Jupiter quam in causa calida et maiorem fortitudinem habet
Jupiter in egris qui medietatem vite sue transierunt quam in
iuuenibus Omnes aspectus Jouis ad lunam boni sunt nisi
quadratus et oppositus aliquantulum lassitudinis laboris et
fatigacionis inducunt / de velocitate autem et tarditate
Jouis in cursu suo intelligendum est ut in saturno expositum
est / Si autem in principio egritudinis fuit luna marti con-
iuncta et in sui luminis augmentacione augebitur ma-
lum semper malum In diminucione vero sui luminis erit minus
malum Et si fuit tunc mars ante oppositionem solis secundum
quantitatem sui orbis malum signum est / Si vero transierit
oppositionem solis minuetur de malicia Et si fuit mars in
augmento sui ecentrici fuit quod infirmitas ex siccitate egri-
tudinis augmentum in malum significat Et si ex humi-
ditate minuitur In opposito vero ecentrici existens
minuitur eius malicia nisi fuit egritudo ex humiditate
tunc eius malum aggregabitur semper malum / Et si
fuit ex siccitate minuitur / Si autem fuit hec coniunctio
in aliqua domorum martis / vel exaltacionum eius minuetur
malum ipsius / Et aspectus eius ad lunam sunt sicut
in saturno expositum fuit / Intelligere Intellige quando istas ut
sit luna infra orbem radiacionis eorum Et non quod ra-
dii tangant radios Et si in principio egritudinis fuit
luna veneri coniuncta leuis erit eius curacio secundum viam Jouis
Et si fuit egrotans iuuenis vel iuuencula tollerabilius
erit ei quam seni / Et sic Jupiter est utilis in egritudine
frigida sic et venus utilior in egritudine calida
propter amiciciam Et si fuit infirmitas ex amore ut here-
os plus nocet ei venus quam Jupiter Et fuit propter tristiciam
ut amore pecunie secularis plus nocet ei Jupiter
quam venus Omnes insuper aspectus veneris ad lunam
exeunt secundum viam Jouis / Et si in principio egritudinis
fuit luna cum mercurio aspiciendum est tunc ad

fortitudinem ipsius mercurii. Ut si fuerit combustus vel retrogradus
vel in domo alterius malivoli et in casu et debilitate fuerit
fiet hic acquaintancium malum. Si autem fuerit in bono
esse significat mediocriter bonum. Et similiter aspectus
eius ad lunam secundum hunc modum considerentur

Ista significacio
planetarum fit

principio egritudinis secundum coniunctionem et aspectum ad lunam
cuiuslibet separatim videndum est et ut de eorum comparacione
secundum quod planete vero sibi coniunguntur. Si igitur in principio
egritudinis fuerit luna coniuncta saturno et Iovi in uno
signo videas eorum quis eorum alterum vincat
in fortitudine. hoc est ut scias quis eorum vicinior
fuerit augi sui deferentis et quis eorum propinquior
fuerit augi sui epicicli. Nam ille qui vicinior fuerit
fortior est. Et quis fuerit in ecliptica et quis extra
et qui maiorem habuit latitudinem. Nam si unus
fuerit in linea ecliptica et alius in longe ab ea
[illegible] fortior. Et si fuerint ambo [illegible]
qui maiorem habuerit latitudinem vincit latitudinem
alium. Si autem fuerit unus in linea ecliptica et
alius latitudinem habuerit meridionalem qui in linea
fuerit fortior est. Si vero fuerint ambo meridionales
qui minorem habet latitudinem prevalebit. Adhuc
consideres quis illorum fuerit in aliqua dignitatum suarum
quinque ut supra ostensum est. Nam qui maior in
dignitate prevalebit illi qui est minor. Dico igitur et illi
qui vincit ex parte epicicli eccentrici [illegible] fortitudinis et illi
qui vincit ex parte epicicli [illegible] Cui vincit ex parte latitudinis
et et qui vincit ex parte dignitatis fortitudine unam
Si autem congregentur hii quatuor prevalendi erit pre-
valencia perfecta. Si igitur prevaluit saturnus qui in
principio egritudinis cum luna cum ipso et Iove movetur
eger dementi [illegible] sane [illegible] erit egro aliquatenus
Nichilominus timendum est. Si autem vicerit Iupiter qua-
libet ego [illegible] grande periculum et desperacionem atque timo-
rem mortis significat si fuerit luna in opposito saturni
et Iovis secundum eandem viam. Non [illegible] et [illegible]
in [illegible] eorum aspectu secundum esse fortioris iudicandum

Est in eo eorum aspectu euadet. Si in sextili uero
aliqualiter minuitur malum uel bene euadet. Si aut in
principio egritudinis fuit luna cum saturno et marte
in eodem signo uel e contrario malum eo quod unus alterius
opera perturbat. Et si tunc aspexerit eas iupiter sol aut
venus quocunque aspectu euadet eger. Si aut fuit
luna in eorum aspectu eo uel opposito uel alterius eorum
tum mercurius malum est. De reliquis aut minor
significacio dicetur. Amplius aut si in principio egritudinis
fuit luna cum aliqua stellarum fixarum magnitudinis
prime uel secunde que latitudinem paruam habent, fuit
quod stella talis de natura et complexione planete
beniuoli iudicium habet super bonum. Si complexionem habet
...ius super malum. Similiter est iudicium si fuit de
natura martis uel saturni. Et si latitudinem habuit
meridianam vix apparebit eius significacio operacio.
Si uero fuit latitudinis manifeste erit operacio sua
nisi multum ab orbe signorum fuerit elongata sicut
est uolutus cadentis et longitudinis. Nam quod significantur
de bono uel malo vix apparebit. Postremo diligen-
ter notandum est quod si inspexerit mensis unius super
nostrum fuit quod luna ad inicium sui reuersa erit tunc
iudicium secundum eundem modum supra dictum ad solem
referendum.

Vrgendum arbitror hunc finali opusculo de
electionibus medicinalibus breue documentum secundum
quod operaciones medicinales per corpus celeste coadiuuantur.
Est igitur prenotandum quod sol sic mouet ... humo-
res in corpore humano secundum cursum suum uel diuersita-
tem circumferencie eiusdem. Ita videlicet quod dum transiet
ab occasu 3 partes de archu nocturno, hoc est 9 horas
de quibus archus nocturnus constat, sic mouet sanguinem
in corpore humano et ipsum ebullire cogit usque dum
peragrauerat. 3 horas de archu diurno que cum sibi
precedentibus horis de archu nocturno faciunt 6 horas
inequales siue naturales. Deinde in reliquis 6 horis
archus diurni mouetur in corpore colera donec
transierit. 9 horas in archu diurno ab ortu suo

Post hec in reliquis 3 horis arcus diurni tunc rubea
de arcu nocturno sequenti invenitur melancolia
Consequenter ab illa hora usque ad horam 9 noctis
dominatur flegma, reliquis vero 6 etc. mensis lunaris
et solis. Post hec a nona noctis donec fit tercia lucis
est dominus sanguinis, sex in sequentibus horis, est vigor
in colera, donec fit nona diei. Post vigor humor
adest donec fit 3 noctis. Post ea flegma viget donec
fit 9 quietis. Cum autem egritudo ex hiis quatuor
humoribus causata acciderit affligit in duo proposito
quam alieno. Si igitur aliquis horum humor in corpore
humano perduxerit qui per medicinam aut per flebo-
thomiam vel per aliud ingenium sunt evacuandi
eligatur constellacio sibi contraria. Verbi gracia in purga-
cione sanguinis signa terrea proferantur in purgacione
colere aquatica, melancolie aerea, in purgacione fle-
gmatis ignea eligantur, sit quoque dominus ascendentis
vel luna in eis, sint quoque liberi a duobus malis. Optima
certe est ut sit dominus medii celi bona aspiciens
aut dominum ascendentis et quod nec dominus ascendentis nec
luna in signa ... sint in X°. In purgacione melancolie
sit luna juncta Jovi, colere Veneri, flegmati Soli
sit applicata et fortunata. Quociens autem corporis
calefacere infrigidare humectare aut desiccare volueris
lunam et ascendentis dominum aut alterum eorum consimilis
nature signa deputat. Et dixit Ptolomeus Accepto far-
maci luna in scorpione vel piscibus domino ascendentis appli-
cato planete sub terra laudabile erit. Si autem dominus
ascendentis applicatus fuerit planete existenti in medio
celi evomet medicinam et ei non proficiet. Purgatorium
sumptum luna existente cum sole inducitur ...
angustia quia corpori vires administrat. Meliora
signa in purgacionem accipienda sunt aquatica et cor-
melius est scorpio deinde vero cancer. Secari vero ferro
membrum luna existente in signo membrum illud
respiciente horribile est. Cuius infirmitas periculis
nulla necessitas incisionis vel cauterium non requirit
... dum luna fuerit in signo illud membrum re-
spiciente quia dum humores illius membri in moti
sunt facilius educuntur vel attrahuntur. In omni cura
-torum adhibenda sit luna aucta lumine et nu-

Ab infortunis libera et precipue a marte In omni cura
diminutionis uel euacuationis sit luna deficiens lumine
et numero. In augmentatione uero uel confortatione sit crescens
In clisteribus exhibendis bonum est lunam esse in libra
uel scorpione uel aspiciens dominum 6te Nec dominus ascendentis
cum domino 6te Sit quoque luna applicans retrogrado Non est
bona egestio dum fuerit luna in scorpione Nec bonus
vomitus dum fuerit in leone Non est sanguinis minui:
tio bona cum fuerit luna in geminis leone uel scorpione
sit conueniens etiam ventosis cum fuerit in cancro
Melancolicis minuentibus signa aerea meliora sunt
sicut flegmaticis ignea et colericis aquea sunt uti:
liora In omni minucione prestetur dominus ascendentis
tione ipsius anni sit fortuna in ipso gradu vel
planeta qui sit in exaltatione sua vel in dignitate
vel angulo vel in gradu alicuius stelle fixe magne
quia tunc implebuntur que promiserunt in natiuitate.
Et cum peruenerit directio alicuius fortune cum ad
planetam augmentabunt dunne futurum honorem et
gaudium eius. Et cum peruenerit terminus et stelle
vnius luminaris cum alio luminari vel fortuna
vel alicuius fortune cum alia fortuna, tunc accidet
commune bonum cum personis de natura illorum pla-
netarum vel domorum in quibus fuerint in natiuitate
hominis. Si vero venerint quarti casum vel opposi-
tionem innouabunt ei litigia cum hominibus habentibus conue-
nientiam cum gradibus in quibus fuerint ipsi planete in su-
is natiuitatibus

Et cum peruenerit directiones planetarum infortunarum
vel alicuius casum ad luminare vel ad aliquod eorum
vel ad malum aspectum eius, tunc augmentabunt
ire et iniurie. Alia directiones morbi et mala et in-
nouabunt mala mortis et victoria. Et cum directiones
infortunatarum peruenerint ad fortunas vel ad ma-
los earum aspectus tunc innouabunt amissiones et
damna et amaritudines et amissiones substantie et morbi

Et quando directiones infortunarum accesserint ad bonos
aspectus fortunarum vel [illegible] tunc innouabunt bona
male partis et vitia cum paucis [illegible] debita
Et quando directiones infortunatarum accesserint ad [illegible]

dominus et domini

[illegible] et amicos

Et aliqua planeta que sit habens locum in [illegible]

fortuna

Honos aspectus luminarium. Et si fuerit mars signat
vincere inimicos et gaudium ex aliquo latere. Sed si
directio fuerit saturni signat hereditates agri de mortuis.
Et cum directio unius infortune accesserit ad aspectum
radium alterius infortune tunc habebit natus partem
cum inimicis suis. Et cum directio unius infortune
accederit ad aliam infortunam vel ad eius malum
aspectum tunc signabit ipsum habere litem cum inimicis
vel cum hominibus qui sunt extra legem. Vel signat
disruptionem vel dampnum complexionis vel corruptiona-
tes declinans occasiones morbos tempestates et malas et
viles et horribiles et durabunt virtutes istarum direc-
tionum quousque accedunt alie directiones earum pro-
prietatum. Et cum venerint due directiones una
post aliam et ambe fuerint in eodem anno et eiusdem
nature addit unum in virtute alterius. Et si venerint
due directiones contrarie in eodem anno una erit minuens opus
alterius vel dampnat aut prodest secundum fortitudinem
suam quam habuerint planete quorum sunt directiones
in nativitatem hominis. Cum directio planete in na-
tivitate existentis in angulo venerit directionem planete existentis
in eadem nativitate in cadente ab angulo. Et directio
planete existentis in ~~nativitate~~ domo sua vel exaltatione
venerit directionem planete existentis extra dignitates
suas in nativitate cuiuscumque hominis. Secundus
modus directionum est a planetis usque ad stellas fixas
magnas que sunt apud zodiacum. Et operatur vel fit
cum ascensionibus regionis aspicies in quo anno sol per-
venit per directionem suam dextram vel sinistram
ad aliquam stellarum fixarum magnarum vel gradum
in quo fuerit, et aspicies in qua domo est ipsa stella
fixa in nativitate ipsius hominis, sciens quod in ipso anno
augmentabitur honor et potestas et divitie nati ex parte
proprietatum domorum in quibus sunt sol et gradus stel-
larum fixarum ad quam pervenerit directio solis. Et
si directio iovis pervenerit dextra vel sinistra ad
gradum stelle fixe augmentabuntur in ipso anno na-
to vestes honorate et mobilia domus, et negotia cum
multis magnis et dominis secundum naturam
domorum ubi steterunt iovis et stella fixa in na-
tivitate ipsius nati

Et si directio Saturni venerit ad gradum stelle fixe
de magnis accidit (adveniet) ipso anno ipsi homini amissio
maximum malum vel fractionem vel tempestatem
vel destructionem, vel lamentationem pro mortem domi-
ni matris aut patris secundum proprietatem domorum in quibus
fuerit Saturnus et gradus stelle fixe in nativitate. Et
quando aliqua directionum Martis venerit ad gradum stel-
le fixe de primis accidit ipsi homini in ipso anno vel
percussio vel abscissio membri, vel combustio ignis vel
fluxus sanguinis vel preda aut destructio secundum
naturam signorum in quibus sunt Mars vel ipsa stel-
la fixa in nativitate, nati et si ista venient de talibus
causis et de talibus partibus et rebus
Et si una directionum Lune venerit ad gradum
stelle fixe de primis augmentabitur ipso anno fama
sanitatis vel [illegible] generis et [illegible] ubi nati in mag-
nitudine maxime secundum naturas domorum in quibus
fuerint Luna et gradus ipsius stelle fixe in nativitate
ipsius hominis. Et si in nativitate fuerit aliquis
planetarum in gradu stelle fixe de primis [illegible] pro-
[illegible] in ipso anno magna in quantitate natura
ipsius planete super ipsum hominem secundum naturam
aliquarum [illegible] dictorum ipsius planete. Et
hoc est attendendum utrum natura stellarum fixarum
sit de quibus complexionibus planetarum sint. Et tunc
sicut est bonum vel malum quod significat stella fixa de
primis per directionem planete cum venerit ad eam
erit hoc secundum proprietatem ipsius stelle fixe et signum in
qua est vel ex parte proprietatis domus in qua fuit in
nativitate hominis. Vel per eam secundum proprietatem
sicut stelle fixe que sunt de natura Saturni significant
bonum vel malum quod fuerint ex parte tempestatis
morbi mali vel mortis aliorum. Et ille que sunt de
natura Martis venit ex ignis malefici, preda furti
vel victorie belli. Et quod significant stelle de natura Jovis
tam in bono quam in malo venient ex parte prelati vel
domini aut regis vel causa temporis erit malum etc.
Et que sunt de natura Veneris erit causa mulie-
rum vel dominarum. Et que sunt de natura Mer-
curii causa scripturarum scientiarum emptionum. Et

Saturni ad fixas
quando Martis ad fixas
directio cum stellis fixis
Luna ad fixas
quando aliquis planeta fuerit in stella fixa
amissionem
fama
Saturni

venditorum et malum eius erit causa inimicitiarum accusationum falsorum testimoniorum / Et inspiciatur et illud quod significatur stelle duarum naturarum scilicet planete boni et mali earum eorum oriunt per [illegible] peccabiles infortune que est in sua complexione et mala sua erunt ambarum naturarum planetarum [illegible] in bonitate et malitia / ita secundum hoc quod stella fixa fuerit duarum complexionum fortunarum / et infortunarum

Tercius modus directionis

Est a planetis usque ad ~~angulos~~ ~~directionis [illegible]~~ angulos istorum sunt boni alii vero mali / duo boni anguli sunt ascendens et medium celi / et mali sunt descendens et angulus terre / Et angulus ascendentis significat vitam · salutem · honorem · statum · lucrum · diuicias · famam nomen et res que sunt in voluntate et cogitatione / Et quando ad ipsum pervenit directio alicuius planete ascendentis nativitatis significat aliqua rerum predictarum per naturam illius planete ad cuius directionem pervenit angulus / Unde si directio solis pervenerit ad istum angulum accidet bonum et honor isti homini in isto anno ex parte regis vel domini / Et si directio lune signat habere eum bonam famam ex parte regis / Et directio Iovis pervenerit ad ascendens signat amicitiam et salutem et lucrum ex parte domini vel lucrum aut dignitatem secundum proprietatem domus in qua fuit Iupiter in nativitate hominis / Et si tunc Iupiter fuerit ~~[illegible]~~ in sua dignitate aut in bono aspectu eius cum aliis planetis vel ipso ipsius / Et si directio Veneris pervenit ad ascendens signat gaudium leticiam et indumenta honorata et gratiam cum dominis et mulieribus / Et si directio Mercurii pervenit ad ascendens signat scientias et officium lucrationum et cambiorum monetarum et negociorum scripturarum / Si vero directio Saturni pervenit ad ascendens signat infamiam et nomen malum et morbum et mortem vel hereditatem aliquid de mortuis vel lucrum de malo alieno / Et si directio Martis pervenerit ad ascendens signat quod habebit prelia et vulnera et litigia et febres et combustiones et malefitia et [illegible] et latrones et latrocinia et mortes / Et si in nativitate

[illegible] de diversitate infortune

Si autem fuerit bonus planeta in malo aspectu infortune
diversitas aspectus cuius pervenit ad ascendens. Dicat quod significatio
eius erit causa mali de via ipsius infortune. Verbi gratia
tere perdet hereditatem aliquam de mortuis et similia.
Et si ipse planeta cuius directio pervenit ad ascendens
fuerit in aspectu luminaris vel fortune bono. Et ipse
etiam sit fortuna significatorum eius implebit causa [illegible]
de aliquibus dominis vel aliquam gratiam vel amicitiam.
Et si ipsa fortuna fuerit in malo aspectu luminaris aut fortune
significatorum eius implebitur causa litigii vel ire vel
iudicii sive damno aliquo. Et sicut diximus de angulo
ascendentis ita dico de angulo medii celi nisi quod signi-
ficatum eius est maximum in dominio dignitate potestate
valore et in officiis regum et in exemplo nati. Cum
autem directio fortune pervenerit ad gradum ascendentis occidentis
signat mortem et destructionem de natura ipsius stelle.
Sicut si pervenit sol per directionem signat damnum
et destructionem viri honoris et potestatis. Si vero directio
lune signat damnum in sanitate in femina et in
filiis nati. Et secundum quod diximus in occidentali angulo
ita dico de angulo medii noctis qui est sub terra.
Et si directio pervenerit infortune ad quemcumque quatuor
angulorum signat mala vel damnum morbum et
amissionem secundum naturam ipsius infortune vel
naturam anguli in quo pervenit directio sua vel se-
cundum naturam anguli in quo est signum vel se-
cundum naturam signi in qua est infortuna. Sicut si di-
rectio Martis pervenerit ad ascendens signat febres
combustionis violenta. Et si pervenerit ad medium ce-
li signat iram regis vel domini. Et si directio Sat-
urni pervenerit ad ascendens signat paupertatem con-
strictionem dolorem permutationem dignitatis et officii et vilitatis
corporis. Et cum pervenerit ad medium celi signat tempe-
statem et permutationem dignitatis et officii. Et generaliter quod
angulus ascendens signat vitam salutem et sanitatem
et animositatem virtutem et substantialis et susten-
tationes. Et angulus occidentalis signat debilitatem et
casum amissionem morbum litigium et mortem.
Et angulus terre signat casum et subtractionem et dimis-
sionem

[illegible marginal notes]

Et depositionem eius ad que sunt sub terra

Quartus modus directionum est a

gradibus in quibus sunt planete in nativitate usque ad gradus exaltationum suarum vel humilitatum suarum vel usque ad partes que accipiuntur a sole ad lunam vel contra, et dicitur inferius. Et supradabunt assecutabi. Et appares in nativitate gradus oppositus partis. Et est oppositum significati partis maxime cum est humi at directio infortunii. Luna quando directiones aqua solis pervenerint ad partem honoris significat quod iste homo habebit maxima sollempnitatem et honorem vel dominium exaltationum regnum secundum genus suum naturam et nativitatem suam et statum et consuetudines suas et secundum personam et negocia, cuius maxime cum in nativitate eius acciderit pars fortune predicta in domo prima septima decima aut undecima vel in secunda quinta aut quarta quia iste sunt meliores domorum secundum ordinem imaginum originali et honor hominis erit de ista domibus que fuit pars predicta in nativitate eius. Si vero ad hominis partem directio pervenerit Iovis veniet natus ad honorem ex parte alicuius prelati vel principis secundum naturam domorum quibus fuerunt in nativitate Iupiter et pars predicta. Si vero directio lune pervenerit per directionem ad partem predictam natus veniet in bona fama gentis et societatis eius secundum naturam domorum quibus fuerunt in nativitate luna et pars predicta. Si autem Veneris fit habebit gaudium et leticiam ex parte alicuius mulieris vel domine. Et si fuerit directio Mercurii honor erit ex parte scientie vel mercature vel appropinquationis ad regem vel dominum vel ex parte literi pronunciationis. Et si Mars erit causa armorum litis et prelii conquestu vel obtentu ville domini aut regni vel ex parte alicuius laboris. Et si directio pervenerit Saturni ad partem predictam honor erit ex parte religiosorum vel ingratis et theologie

Et similiter erit cum pervenerint planete ad alias partes per directionem quia tunc attribuunt naturam huius accidencia secundum naturas earum partium et planetarum Et ex parte proprietatum domorum in quibus fuerint in

V

Nativitate partes et planete predicti et virtutes istarum parcium in multitudine et paucitate erit secundum
naturam signi et domus ac gradus in quibus fuerint
iste partes. Et nota quod partes casus dicunt in oppositum
istarum parcium predictarum. Et quando luminare
vel fortuna pervenit per directionem ad coniunctionem
gradium alicuius istarum casuum signant paupertatem
tem inopiam et defectum voluptatum casuum vel signi
vi vel dominum eius aut alicuius de significatione illius partis
directe ad illum casum in rebus quarum illius casus significator.
Si vero directio infortunii pervenerit ad unam partem istarum
casuum signat malum destructionem casuum et de-
posicionem minicionem nati per vim vel planeta
vel occasione naturali vel tempestate secundum naturam
planete cuius directio pervenit ad partem predictam
et secundum naturam partis casus vel planete cuius
casus est ipsa pars vel eius cuius accidit ipsa pars.
Sunt etiam et alie directiones scilicet ista quando pervenerit
nerit planeta per directionem ad gradum exaltationis
sue secundum ascensiones regionum significat gaudium
leticiam et exaltacionem honorem et bonum de bonis
que sunt de natura ipsius planete. Quando directio
alicuius planete pervenerit ad exal. exaltationem alterius planete
signat bonum de natura planete cuius est directio in rebus
vel ex parte natura illius planete cuius est exalta-
tio ad quam pervenit directio.
Et quando directio alicuius planete pervenerit ad gradum
sui casus signat casum et inopiam in bonis rebus
que sunt de natura ipsius planete secundum proprietatem
domus in qua fuit in nativitate hominis ipse gradus
casus ipsius planete. Et secundum hoc etiam sunt ma-
lum et damnum vel morbum vel amissionem. Tertium
quando directio unius planete pervenerit ad gradum
casus alterius planete et damnum erit secundum naturam
illius planete cuius casus est gradus ad quem pervenit directio
planete dicti. Et damnum erit in rebus de natura domus
in qua fuit in nativitate hominis gradus casus predicti.
Notandum autem quod si nativitas fuerit diurna partes
que debent assumi a sole ad planetas debent extrahi
a sole usque in qualibet planeta secundum successionem
quelibet

signorum et superaddere quod perveniunt gradui ascendentis
secundum successionem signorum. Si vero fuit nocturna
accipientur a luna usque ad planetas et superaddentur
ascendenti. Et directiones istorum planetarum debent
accipi secundum nativitatem cuiuslibet planete partis. Et sunt
cursus stellarum partium talis modi quod si pars accipitur
a planeta levi usque ad ponderosiorem tunc directio eius
erit secundum retrosuccessionem signorum. Et cuilibet gradui
dabis unum annum. Si vero pars accipitur a planeta
~~tem~~ ponderoso ad levem directio eius erit secundum
successionem signorum cuilibet gradui annum unum dando
Et aspicies in quibus gradibus et signis et in quibus
domibus nativitatis accidunt partes predicte. Quia quando
directio fortune pervenerit ad quamcumque beneficarum par-
tium veniet in ipso anno homini nato ventura vel
de natura ipsius planete. Et in rebus nature ipsius partis
causaque nature domus in qua fuit pars ipsa in nati-
vitate. Si vero infortuna pervenerit ita ut superius
erit oppositum dicti superius. Et si in nativitate fuerit
fortuna in bono aspectu alicuius planete in aliquo gra-
du partium predictarum significat ipsum hominem
prosperari in rebus nature ipsius partis cum quo ipsa for-
tunata est in rebus que sunt de natura domus in qua
fuit pars predicta. Et ex parte rerum que sunt de na-
tura ipsius planete. Sed si in nativitate fuit aliquis planeta
in gradu alicuius partis in malo aspectu infortune
scias quod veniet dampnum magnum ipsi homini de natura
partis. Et in rebus que sunt de natura domus et planete
qui sunt cum ea ex proprietatum malis aspicientibus
planetarum. Et secundum proprietates earundem quibus fuerint
in nativitate

Et si in nativitate fuerit infortuna cum aliqua pre-
dictarum partium nati erit infortunatus in rebus partialibus
ipsius infortune et laborabit in negociis de natura
ipsius infortune. Et cum hoc erit laboriosus et miseri-
mus quia infortune non dant nisi paupertates et
miserias. Et de mala parte et cum periculo. Fortune
quando sunt in dignitate sua dant magnas quanti-
tates, sed hoc est raro. Et maxime est hoc quando sunt

Cum maiori parte fortune que assumitur a sole ad
lunam in hora nativitatis quia de hac tamquam de
ptolomeus fecit intentionem magis quam de aliqua alia
Si vero in nativitate fuerit infortuna cum aliqua
istarum partium et ipsa infortuna in bono aspectu lu-
minaris vel fortune natus habebit bonum cum ma-
lo de natura ipsius infortune et planete ad quem
aspicit bono aspectu Et in rebus de natura ipsius partis
et domus in qua stetit in nativitate Sed si infortuna
fuerit in malo aspectu natus erit infortunatus et habebit
maximum malum de natura ipsius infortune et de
natura planete quem aspicit malo aspectu Et de natura
partis ipsius et domus in qua est
Si autem in nativitate fuerit planeta bonus in gradu
alicuius istarum partium vel propter suas significat
bonum illi nato de natura domus in qua fuit pars
predicta in nativitate et in quantitate bonitatis signi
in quo accidit ipsa pars et auctoritatum quas habet
ipse planeta in signo ipso et in malo proprietatis
ipsius signi Sed si infortuna sit cum ipsa parte significat
malum de natura sua in rebus super quibus significat
ipsa pars et domus in qua accidit et in quantitate ma-
quam habet ipse planeta in ipso signo et iniquitatis
signi in quo accidit illa pars Et si in revolutione
alicuius anni nati fuerit fortuna in bono aspectu al-
terius planete et in gradu alicuius partis vel directi-
onis alicuius planete vel ipsius signi propter talis quod ipse
planeta sit in bono aspectu alterius planete significat
bonum de natura ipsius planete et ipsius partis et
de natura planetarum quos aspiciunt ex parte ipsi
talium domus quibus stetit ipse planeta in nativitate
Si autem ipse planeta qui fuerit in ~~nativitate~~ revo-
lutione in gradu alicuius partis dictarum vel in gra-
du alterius directionis dicte fuerit in aspectu malo
infortune vel quod ipsa sit infortuna attribuit maximum
malum in rebus de natura eius et secundum naturam
planete qui est in malo aspectu planete ipsius existentis
in gradu predicto et de natura partis que est in ipso
gradu maxime si ambe sint infortune Et

Et si in revolutione alicuius fuerit ascendens gradus
alicuius stationis [retrogradationis] vel directionis et aliquis bonus
planeta aspiciat ipsum gradum bono aspectu significat
bonum de natura ipsius partis et planete qui fuerit
cum eo et in bono aspectu illius. Sed si in revolutione
fuerit aliquis gradus casus alicuius partium dictarum
ascendens et malus planeta fuerit in ipso gradu et in ma-
lo aspectu ipsius significat malum et destructionem
et dispositionem malam in fortuna [facultate] ipsius hominis
talem que durabit longo tempore. Et cum directio
planete qui est in nativitate hominis in malo aspectu
alterius planete vel infortunii pervenerit ad gra-
dum casus alterius planete vel ad gradum stelle fi-
xe vel ad directionem alterius planete vel ad gra-
dum coniunctionis planetarum pertinentium. Dicas quod significat
malum de natura gradus in quo pervenerit secundum naturam
et planeta. Sit idem [secundum naturam partis et planete] quando directio planete alicuius
pervenerit ad gradum in quo fuit ipse planeta in
nativitate nati. Et si in nativitate hominis
fuerit aliquis planeta in bono aspectu alterius planete
boni cuius directio sua pervenit ad gradum exaltationis
planete vel ad gradum directionis fortune vel de
aliqua partium predictarum. Dicas quod significat bonum
in ipso anno de natura sui. Et de via gradus in quo
abuiavit directioni sue in ipso anno. Similiter cum di-
rectio alicuius fortune [pervenerit] pervenerit ad gradum in quo fu-
erit aliqua planeta in nativitate. Et si in nativitate
hominis fuerit aliqua fortuna in gradu sue exalta-
tionis et sua directio pervenerit ad gradum directi-
onis alterius planete significat in ipso anno hominem
habere maximam sublimationem in rebus que sunt de
natura ipsius planete. Idem erit etiam si directio alicuius
planete pervenerit ad gradum planete qui steterit in
sua exaltatione in nativitate nati. Et si in nativita-
te nati steterit aliqua fortuna in gradu exaltationis alicuius
planete boni significat exaltationem in fortuna [facultate] alicuius.
Et hoc contingit cum pervenerit ad gradum fortune vel
ad gradum ascendentis vel directio fortune pervenerit
ad gradum exaltationis in quo est planeta eius. Et si in

Cum planeta est in gradu sui casus in nativitate

Cum infortuna ad casum alterius

Cum directio fortune et luminaris ad signum planete qui est in signo exaltationis alterius planete

Cum directio alicuius planete venit ad gradum fortune alterius

[illegible]

Nativitate alicuius fuerit planeta in gradu sui casus
vel in casu alterius planete. Et cum hoc pervenerit di-
rectio eius ad gradum vel directionem alterius planete [in mali]
Scias quod significat ipsum hominem in ipso anno habere
maximum casum. Alterum cum directio alicuius infor-
tune pervenerit ad gradum planete cadentis vel ad oppo-
situm eius significat maximum casum. Et similiter hoc quando
directio alicuius fortune vel luminaris pervenerit ad
gradum planete qui est in signo exaltationis alterius
significat maximam exaltationem boni secundum naturam
amborum planetarum. Et significata directionum hominis
veniunt causa et in ratione vel de parte hominum
qui habuerunt relationem in suis nativitatibus cum
gradibus ipsis ad quam pervenerint directiones alterius
nativitatis maxime cum magna fama et cum magno
opere boni vel mali ab illis qui habuerunt luminari-
a in gradibus ad quos pervenerunt planete nativitatis.
Et quando directio alicuius planete nativitatis pervenerit ad
gradum relationis alterius fortune in nativitate alterius hominis
et ipsi habuerunt aliquam bonam relationem suarum
nativitatum vel illius qui natus fuit ultimus in re-
volutione anni ipsius qui primo natus fuit, Scias quod
tunc accidet bonum vel malum cognatorum amicorum
inter eos. Si directio luminaris unius nativitatis per-
venerit ad gradum luminaris nati, quod tunc appropinquabit
homo alius cum bono ad natum. Et si inter eos fuit mala
relatio suarum nativitatum vel sic dixi tunc apparebit quod
illorum hic malum [illegible] in ipso anno. Et scias quod ipse
habebit malum in ipso anno ab alio homine cum quo habet
malam relationem. Et quando directio alicuius infortune nativitatis
nati pervenerit ad gradum luminaris vel fortune nativitatis
alterius hominis vel directio infortune nati pervenerit
ad directionem luminaris alterius cum quo habet malam relatio-
nem, Scias quod natus primus dictus faciet malum in ipso
anno alterius [alteri] secundum naturam ipsius infortune cuius
est directio. Et quando directio infortune nativitatis
pervenerit ad gradum infortune nativitatis alterius
hominis vel ad directionem infortune alterius nati-
vitatis, Scias quod ipso anno sibi nocebunt adinvicem

2

Et si habuerint malam relationem de suis nativitatibus secundum quod dictum est. Sed si habuerint bonam relationem auxiliabuntur sibi ad invicem ad faciendum malum illi cum quo habuerint malam relationem. Et quando directio omnis infortune nativitatis alicuius pervenit ad gradum luminare alterius vel fortune ad directionem eorundem, signat quod ipse natus recipiet malum vel dampnum in opere quod vel mortem aut amissionem aliquod in ipso anno ab homine primo dicto tamen quod habeant bonam relationem cum malam nisi quia relatio fuit bona nunc vel dampnum predictum accipiet [recipiet] in corpore et honore. Et ista bona vel mala que accipiet [recipiet] hominibus ad quas pervenerit directiones planetarum omnis ad directionem planetarum alterius erunt de natura planetarum quorum sunt ipse directiones et de natura planetarum quorum habent relationem suarum nativitatum maxime si in revolutionibus ipsorum in anno ipso habuerint quidam pro ascendente signum ascendens nativitatis alterius et quod planete habeant talem relationem cum eo quod sunt in gradibus quibus fuerint in nativitate alterius. Et secundum hoc erit quod alius etiam habeat relationem in revolutione sua ipsius anni cum nativitate primi dicti. Et si relationes fuerint bone in suis revolutionibus dabunt bonum quidam alteri et si relationes fuerint male in suis revolutionibus facient malum sibi invicem.

Dixit Ptolomeus omnes illi qui habuerint in nativitatibus suis infortunas in gradibus illis quibus alii habuerint luminaria vel fortunas et in veritate hoc est maximum malum sed alii facient eis aliquod malum parvum quia in relatione que est de infortuna omnis cum infortuna alterius non est aliquod bonum sed est malum de ambabus partibus. Sed maius malum erit de illo qui habuit fortunam in [sic infortune] relatione. Et illi qui habuerint in suis nativitatibus partes fortune pedentates vel quacumque illorum in gradibus luminarium nativitatum alicuius prosperabunt cum eis et habebunt maximam potestatem [facultate] in divitiis eorum. Et percipient in facundia eorum et habebunt bonum de eis maxime qui habuit in nativitate unius partem domini vel servi [fidei] in gradu in quo aliquis potens habuit

In nativitate sua solem et lunam. Et illi qui habuerint in nativitatibus suis partes fortune vel aliqua partium predictarum in gradibus quibus alii habuerint infortunas in suis nativitatibus recipient malum vel dampnum de eis secundum naturas planetarum ipsorum planetarum et domorum quibus fuerit in nativitatibus eorum et aliorum relationem quas habuerit simul. Et illi qui habuerint in nativitatibus suis infortunas in gradibus quibus alii in suis nativitatibus habuerint casus partium facient dampnum et dedecus et casum illis qui habuerint casus partium in gradibus in quibus ipsi habuerint infortunas et malum et cetera secundum naturam infortunarum et eas partes qui sunt in relatione et domorum et signorum quibus fuerint in nativitatibus eorum. Et apparet in annis cum pervenerint directio alicuius planete ad gradum in quo contingat aliqua istarum partium dictarum in nativitate nati vel directio ascendentis. Quas quod significabit ipse planeta res de sui natura causa nature ipsius partis. Et si directio fortune pervenit ad bonam partem signat bonum de natura ipsius bone partis. Et si directio fortune pervenit ad malam partem signat ipsum habere bonum de natura ipsius male partis sicut de mortuo vel de beneficio maleficiis. Et si directio infortune perveniat ad malam partem signat malum de natura causa alterius mali vel de malo aliorum. Et si in hora revolutionis fuerit aliquis planeta in gradu alicuius istarum partium signat res de natura ipsius planete causa ipsius planete nature partis qui est in eodem gradu cum ea. Et cum volueris scire illud quod signant directiones planetarum quando pervenint unius ad alterum vel directiones quidam ad loca aliorum planetarum vel ad aspectus eorum vel ad partes predictas aspicies primo ad gradum ascendentis nativitatis et dabis cuilibet domui secundum triginta gradus zodiaci et videbis qui planete sunt domini principiorum domorum et qui planete aspiciunt bono aspectu ad domus in quibus sunt domini. Et [illegible] directiones quorumdam planetarum pervenient ad alios planetas et ad suos aspectus vel ad suas directiones vel ad ascendens vel ad partes fortune predictas. Quas quod significant

Illi qui habuerint partes fortune [illegible] alii in suis nativitatibus habuerint infortunas [illegible]

Casus partium in loco infortunarum

De directione alicuius planete venientis ad locum partis alicuius

De directione infortune ad malam partem

Sed de earum nature proprietatibus et proprietatum domorum
in quibus sunt domini et de natura aspectuum quibus aspiciunt
istas domus in nativitate hominis et coniunctionum vel trans-
mutationum vel aspectuum quos ipsi planete habuerint ad invicem
aliis et de nature domorum in quibus steterunt ipsi planete in na-
tivitate hominis. Et quando directio alicuius planete pervenit
ad gradum vel directionem partis fortune maioris que accipitur
ab uno luminari ad aliud vel ad gradum vel directionem
ascendentis nativitatis nati. Scias quod in ipso anno signat hec
res de natura ipsius planete et secundum naturam omnium
domorum in quibus ipse sit dominus maxime illius domus
ad quam ipse aspicit in nativitate ipsius persone vel domus
in qua est dominus et est similis ei in suis proprietatibus cum ipso
planeta. Causa huius directionis fuit significatum huiusmodi
sicut venus que signat coniugium et domus septima que id
signat. Exemplum Si thaurus esset in septima et libra in duode-
cima quando directio veneris pervenit ad aliquem istorum locorum signat
coniugium sed potius cum venit ad thaurum quia est conformi-
or nature veneris causa domus septime que est etiam conformior
veneri in signatu coniugii. Et si pervenit ad libram venus
signabit concordantiam parentum cum inimicis. Similiter dico de aliis
planetis secundum proprietates domorum quibus sunt conformiores
ille domibus et planetis quia talia erunt signata eorum. Et
nota quod cum omnibus que dicta sunt est aspicienda revolutio anni et
signatum constellationis eius. Et tunc melius definiet in scientia
Et si planeta cuius est directio vel directio alterius planete per-
venit ad gradum alicuius partium nativitatis que pars fuit
in nativitate in bono aspectu planete vel partis ad cuius nati-
vitatem directionem pervenit signat aliquam suarum proprietatum
ex parte alicuius domus ad quam aspicit de bono aspectu. Et
secundum hoc erit etiam in revolutionibus solis et in profectione
cuiuslibet anni etc.

Canon universalis

Notandum quod ad iudicandum certissime quascumque constellationes
annorum vel mensium revolutionum et nativitatum vel
revolutionum annorum mundi et interrogationum et quarumcumque

Cum directio alicuius planete venerit ad gradum vel directionem partis fortune
Regimen nota
Canon
Nota

F. Aliorum constellacionum aspicies primo signum ascendens
et dominum eius et domum in qua fuerit et planetas aspicien-
tes dominum ascendentis et quibus aspectibus se aspiciunt Et si do-
minus ascendentis est fortuna vel infortuna et quas proprieta-
tes habet Et si dominus ascendentis fuerit bonus et in bono
aspectu ascendentis et etiam solis et lune significat ita quod sit cum lu-
mine et liber ab infortuniis suas bonas proprietates in ter
natura domus in qua stetit Et adhuc si dominus ascendentis
fuerit malus in bono aspectu ascendentis vel alterius plane-
te signat suas bonas proprietates cum natura proprietatum
domus quibus fuerint ipse et planeta qui aspicit ipsum bono
aspectu Sed si dominus ascendentis fuerit in malo aspectu ascen-
dentis vel alterius planete significat malum de natura sua vel
de natura aspectus quo aspicit eum ascendens vel alius planeta
vel de natura domus in qua fuerit Et aspicies ad aliam
domum in qua etiam est dominus ascendentis qui [illegible] particeps
ascendentis Et si sit dominus ascendentis in bono aspectu istius
domus quia cum fuerit in malo aspectu eius vel planete alte-
rius ibi existentis significat malum de natura sua et de natura
domus ipsius et domini ascendentis in ipsa domo Et quando aliqua
planeta est in ipsa domo suas proprietates naturales Et si ipse
aspiciat aliquam domorum suarum bono aspectu significat bonum
de sua natura ex parte domus qua stetit ipsa domus sua
quam ipse aspiciat bono aspectu Sed si ipse aspiciat malo
aspectu signat malum de sua natura et de natura domus in
qua signum quod est domus eius ad quam ipse aspicit malo
aspectu Et si aspiciat planetam aliquem malo aspectu significat
malum de natura domus in qua est ipse alter planeta
ad quem aspicit malo aspectu Et si aspiciat planetam in bo-
no aspectu signat bonum de natura sua et domus in qua est
ipse et planeta ad quem aspicit bono aspectu Et cum
planeta qui aspicit bono aspectu ad domum in qua ipse
dominatur dabit bonum in natura ipsius domus ex parte
domus in qua steterit ipse planeta Si vero malo aspe-
ctu aspiciat eam dabit malum in ea ex parte proprieta-
tum domus in qua est ut supra maxime si fuerit

Dominus ascendentis vel luna. Etiam si aliquis pla
neta aspexerit ascendens bono aspectu signat suas bonas pro
prietates ex parte proprietatum domus in qua ipse steterit
causa proprietatum ~~earum~~ domus nature in qua steterit
aliquod signorum que fuerunt domus vel exaltatio eius
signantis quod aspexerit bono aspectu ascendens. Et secundum
hoc ita dico quando domus planetarum ascendentis [fuerit] et si fuerit
in malo aspectu erit oppositum. Et quando aliquis pla
neta aspiciat lunam aspectu amicitie signat suas bonas pro
prietates ex parte proprietatum domus in qua steterit
aliquod signorum que fuerint domus vel exaltatio eius
signantis quod aspexerit bene signum in quo fuit luna vel
signum ascendens. Hoc idem erit cum fortuna sit iuncta lune.
Si vero fuerit in malo aspectu erit econtra. Et secundum hoc
cum infortuna fuerit in domo vel exaltatione planete aspi
cientis ascendens et lunam aliquo aspectuum predictorum.
Et sicut dicitur hoc de aspicientibus lunam vel ascendens
ita dico [quando] ex planetis aspicientibus solem vel dominum ascendentis
vel si fuerint in coniunctione cum eis etc.

Capitulum secundum in nativitatibus

Si in nativitate fuerit aliqua fortunarum in ascen
dente vel in secunda domo vel luminare in sua di
gnitate vel in termino fortune vel planeta aliquis infor
tune dignitate vel in gradu stelle fixe de magnis vel in co
niunctione lune natus erit dives multum. Et illi qui habuerint
in nativitatibus suis fortunas et luminaria in istis domibus
in coniunctione vel in malo aspectu infortunarum scilicet in pri
ma vel secunda domo magnum laborem cum parvo lucro.
Et illis quibus promissum est a nativitate divitias habere
cum parvas constellatione quod attribuant eis planete in
revolutionibus suis venient ad maximum lucrum et divici
as. Et illis quibus fuerit a nativitate oppositum predicti li
cet habeant in revolutionibus maximas influencias planeta
rum super divitias et lucrum non veniet eis nisi cum mi
seria et labore et parvitate. Et illud quod eis provenit dura
bit parvum. Et si in revolutione alicuius fuerint

fortune vel aliqua stellarum in coniunctione lune vel
in ascendente vel in domo secunda. Et hoc taliter quod sint euasi
a coniunctione vel malo aspectu infortune signat lucrum
in ipso anno de natura ipsius planete fortune a tempore. Et si

Si in revolutione anni fuerit aliquod luminare

in revolutione anni fuerit aliquod luminarium in aliqua
suarum dignitatum in ascendente vel in domo secunda vel
in domo in qua in nativitate hominis stetit fortuna vel
luminare quod attribueret ipsi divicias aut aliquod aliud
bonum dicas quod signat ipsum habere in ipso anno lu-
crum et bonum vel officium lucrativum. Et si in revo-
lutione fuerit fortuna in coniunctione lune vel due fortune
in coniunctione vel bono aspectu et euasi ab infortunijs
et aliqua illarum fuerit in domo in qua fuit ipsa fortuna
vel alia vel ipsum luminare vel aliud in nativitate
dicas quod signat lucrum et bonum de natura ipsius planete
et domorum quibus steterint. Et si in revolutione fuerit aliquis
planeta in domo in qua fuit alius planeta vel ipsemet
in nativitate dicas quod ingenium signat suarum proprietatum
et prosperitatum appetitum quas ipse habuerit cum aliis
planetis in rebus de natura planete qui in nativitate fuerit
in ipsa domo, et in rebus proprietatum ipsius domus maxi-
me si planeta qui fuit in nativitate in domo huiusmodi fuit in
aliqua suarum dignitatum vel in gradu stelle fixe de ma-
gnis et euasus ab infortunijs et in bono aspectu alterius pla-
nete ~~vel~~ bene recepta de domino domus dicas quod signat lucrum
et bonum de natura domus in qua ipsi steterint maxime si ipsi
steterint in simili dignitate qua steterint in nativitate vel in
domo qua stetit luminare vel fortuna in nativitate. Et si
in revolutione fuerit fortuna in domo secunda vel prima
vel in quinta aut undecima in coniunctione vel aspectu
malo infortune vel infortuna fuerit in aliqua istarum
domorum in coniunctione vel malo aspectu infortune dicas
quod signat ipsum hominem in hoc anno amissurum vel
malum. Et erunt de natura rerum domorum in quibus
fuerint ipsi planete. Et notandum quod planete cadentes a
suis dignitatibus non signant lucrum nisi amissum. Ergo
et omnis planeta qui fuerit in dignitate vel exaltatione

de res-

Luna signat lucrum de sua natura aut recapitare debita
exceptis infortuniis quia ipsi semper dant parvum lucrum
et magnum amissum. Et fortune sunt econtra et signant via
accomodare et solvere debita. Et si in revolutione fuit Satur-
nus cum Luna in coniunctione vel oppositione in domo quinta
signant ipsum hominem plorare et lamentationes facere
in ipso anno per mortem alicuius persone vel amissio aliquo.
Tamen si mars fuerit in coniunctione aspectu aut transmuta-
tione cum saturno aut cum Luna intelligemus quod dictus
erit causa alicuius amissi. Si vero aliquis alius planeta
fuerit in coniunctione aspectu Saturni erit causa vel dubium de
morte persone que sit de natura planete positis in coniunctio-
ne aspectu aut transmutatione Saturni vel cum Luna
vel signi in quo est Saturnus. Et si in revolutione
fuerit Saturnus et Luna in coniunctione in ascendente vel
octava signat mortem alicuius quod morietur in domo ipsius
hominis cuius est revolutio. Et signat ipsum induere pannos
nigros. Et fortune cum fuerint in coniunctione Lune et erunt
ab infortuniis in domo octava signat evadere aliquem vel
alteros a morte et medicare infirmos. Et si aliqua infortunata
fuerit in ascendente vel in ~~aliqua~~ octava domo in coniunctione
Lune signat mortem alterius hominis vel alicuius attinentis
nati vel quod moriatur aliquis causa [illegible] vel culpa ipsius
hominis. Et universaliter Saturnus cum Luna in coniunctione
in quacumque domo sit in revolutione signat ingenia vel mor-
tem alicuius hominis. Et si in revolutione fuerit Saturnus
in signo ascendentis et Luna in domo quinta fuerit in malo
aspectu planete Martis quod signat dare ipsum magnas (maximas) [illegible]
et maximos clamores et lamentationes facere et plorare.

Notandum etiam quod aspectus stellarum fixarum sunt
in orizonte et meridiano secundum ascensiones equalis motus
none spere quarum sexaginta ascensionum est sextilis radii
aspectus. Et 90 est quartus radium aspectus. Et 120 est trinus
radium aspectus. Et quando stella fixa mittit radios suos
ad orizontem vocatur missio radiorum. Et cum ipsa stella
est in orizonte orientali aspicit de opposito orizontem occidentalem.
Si vero fuerit in linea meridiei aspiciet de opposito lineam
meridiei noctis et sic et planete possunt habere aspectus

De luna [illegible] Saturni [illegible] [illegible]

153

De aspectibus stellarum fixarum

Cum stellis que elongantur a rota equinoctiali et que sunt
prope equinoctialem usque in viginti quatuor gradibus
aut parum amplius et non possunt habere aspectus cum
stellis que fuerint remotiores a circulo equinoctiali illo quod
dictum est. Et si in natiuitate alicuius fuit aliqua
stellarum fixarum de magnis de illis que sunt de natura
Jouis et veneris in orizonte aut meridiano vel quod proiciat
radios suos ad aliquem istorum locorum et bonus planeta
aspiciat eam bono aspectu vel fuerit in gradu in quo ipsa
steterit vel habuerit tantam latitudinem ab equinoctiali
quantam ipsa habet. Scias quod signat maximum bonum
nato et maximas diuicias ex parte proprietatum domus seu
anguli in quo fuerit vel ad quem aspiciat ipsa stella
fixa vel de natura planete qui fuerit in gradu vel aspectu
ipsius stelle fixe. Et si stella fixa sit mala ita quod sit de natura
Saturni vel Saturni et martis et fuerit in aliquo angulorum
vel aspexerit eam aspectu malo signat infirmitatem
perpetuam vel dampnum de suis proprietatibus vel ex
parte anguli in quo ipsa fuerit vel ad quem ipsa as
pexerit maxime si aliqua infortunarum fuerit in tanta
latitudine circuli equinoctialis in tali parte sicut ipsa stella
fixa vel si aliqua infortunarum fuerit in malo aspectu ad
angulum in quo est ipsa stella predicta fixa. Et illud signa
tum implebitur in anno quo in reuolutione solis fuerit
ipsa stella fixa in angulo ad quem aspicit in hora natiuitatis
maxime si constellatio reuolutionis ipsius nati in signando
malum vel bonum concordauerit cum proprietatibus stel
le fixe predicte. Et notandum quod omnis coniunctio pla
netarum signat congregationem bonam et omnis bonus
aspectus planetarum signat bonum aliquod et amicicias.
Et omnis aspectus malus planetarum signat odium aliquod
et malum. Et omnis planeta transmutatus cum aliis significat
mutacionem vel transmutacionem. Et si in reuolucione
anni solis dominus ascendentis natiuitatis vel planeta qui
fuit in coniunctione vel bono aspectu vel in transmuta
cione cum bono planeta. Et ipse sunt in bonis domibus si
gnat mutacionem bonam in fortuna ipsius nati sicud

Proprietates ipsorum planetarum et domorum et aspectuum
in quibus fuerint planete. ¶ Et si in revolutione alicuius
fuerit aliquod luminarium in domo vel in exaltatione
sua et in angulo et in coniunctione aut bono aspectu fortune
aut si dominus lune fuerit in domo vel exaltatione sua vel
in angulo et bono aspectu lune aut dominus solis in bono
aspectu solis signant meliorationem in fortuna ipsius hominis — fortuna ipsi
Si autem domini luminarium fuerint cadentes vel in malis
domibus aut in malo aspectu luminarium qui fuerint in suis
domibus tunc signant malum super ipsum hominem
in ipso anno ex parte proprietatis domus in qua sunt ipsa
luminaria aut dominus eius maxime si una infortunarum
aut planeta cum illa transmutationis fuerit in coniunctione
aut malo aspectu cum aliquo luminarium vel infortuna
vel prope per 17 gradus nisi dominus luminaris vel
infortuna sunt in oppositione luminaris et alius planeta
aspiciat omnes de trino aspectu illorum. Alium vero a sex
tili quia tunc significabunt concordantiam inimicitie et alia
Et si in revolutione alicuius fuerit aliquis planeta dominus
duorum angulorum et ipse sit in sua domo vel exaltatione
vel in angulo vel in coniunctione aspectu aut transmuta
tione luminaris tunc quod ipse planeta attribuit quod
ipse homo faciat in ipso anno opus suarum proprietatum
in negotiis proprietatum domorum angulorum in quibus
ipse est dominus. Si autem in revolutione domini quarti angulorum — In ora
fuerint in coniunctione aspectu aut transmutatione ~~luminaris~~
~~tunc~~ signant negotium suarum proprietatum aut suorum
aspectuum in ipso anno super ipsum hominem maxime
si una illorum fuerit in angulo aut in domo anguli sui
vel leviter aut tristitie eius et hec est maxima demon-
stratio in revolutionibus similiter et in nativitatibus.

¶ Attendere autem oportet semper per dominum
ascendentis et per dominos signorum in quibus sunt
luminaria et dominos angulorum in quibus domibus
sunt et aut exaltationibus suis aut dignitatibus et leti — et si sunt in domibus
tiis suis aut in angulis et cum quibus planetis con
iungunt se aut aspiciunt aut transmutantur quia secundum
quod ipsi sunt ita significabunt negotia suarum proprietatum

Quod penitus domi... lumi naria in bono aut in malo statu ... suo qua... [illegible]

Et proprietatum domorum in quibus fuerint / et proprieta-
tum aspectuum quos habuerint cum aliis planetis / et talium
auctoritatum secundum quod ipsi sint in suis dignitatibus. Et
si ipsi domini predicti fuerint cadentes a domibus suis seu
etiam a suis exaltationibus triplicitatibus aut ab angulis / aut
in malis domibus. Dicas quod significant maxima mala et
miserias et relegationes / et deheredationes et paupertates.
Iterum aspicies per luminaria que si fuerint in bonis
signis et domibus / aut in coniunctione / et bono aspectu aut
transmutatione cum aliqua fortunarum / aut cum ambabus
aut quod sit fortuna, vel luminare in angulo aut in domo
exaltationis / vel letitia sua, significant bonum de suis propri-
etatibus secundum fortitudinem eorum. Sed si luminaria
sint in coniunctione aut malo aspectu infortune / aut infor-
tune in malo aspectu aut transmutatione cum fortunis
aut cum angulis / et luminaria cadentia a suis domibus
exaltationibus / aut angulis / vel domini ascendentis / aut
luminarium sint cadentes a suis dignitatibus aut ab angu-
lis suis. Dicas quod omnia et singula premissorum si-
gnant malum super quemcumque hominum secundum ge-
nus aut quo ipse homo pervenit. Notandum autem

Nota quod planete [illegible] diversa significant in revolutionibus et in [illegible]

Huic in nat

quod planete significant in revolutionibus res diversas ab illis
que significant in nativitatibus. Sicut Saturnus cum Luna
in nativitate significant potestates et ingenia cum hebreis
aut transeuntium legis. Et si fuerint in revolutione ita
significant lamentationem et plorare pro morte alicuius
alterius persone. Sed tamen observandum quod semper in
revolutionibus significant aliquid de natura illius quod significa-
verunt in nativitate. Et si sol in revolutione aspiciat
predictos planetas vel aliqua fortunarum de bono aspe-
ctu tunc significant ipsum appropinquare ad hebreos vel re-
ligiosos. Et si in revolutione fuerit Saturnus in con-
iunctione Iovis et in bono aspectu alicuius planete significat

Huic [illegible]

appropinquationem ad aliquem hominem alterius legis
vel ad hominem ordinatum ordine sacro. Sed si ali-
quis planeta aspiciat eos malo aspectu significat amissionem

Sicut predicionem substantie vel dignitatis. Et si fuerint
ipsi in bono aspectu significant auxiliam cum homine ordinato
aut lucrum aut beneficere alias. Si vero sint in malo as-
pectu significant predicionem substantie et odium prelati
Saturnus in coniunctione Martis significat mala pec-
cata et appropinquationes malas et inconvenientias et amissio-
nem et infortunia. Et si aspiciat eos aliquis alius planeta
bono aspectu significat bonum de natura ipsius planete
quod contingit causa infortunii significati ab ipsa coniun-
ctione. Et si ipsi ~~planete~~ sint in bono aspectu significat
~~hereditatem aliquam~~ vincere inimicos. Et si in malo significat
inimicitiam et longam iram. Saturnus in coniun-
ctione Solis significat infirmitates infortunia et mortes. Et
si aspiciat eos aliquis alius planeta bono aspectu significat
habere aliquas hereditates a mortuis. Si vero in malo
aspectu significat destructionem et ~~affirmationem~~ affirmationem mortis. Et
si ipsi sol. sint in malo aspectu significant hereditatem aliquid
de mortuis. Et habere aliquid de malo retranto (?) et amicitia
habere cum alienigenis. Et si sint in malo aspectu significat
fractiones infirmitates amissiones et mortem secundum naturas
dominorum in quibus fuerint in revolutione. Saturnus
cum Venere in coniunctione significat appropinquationem
viri veteris cum muliere iuvene vel congregatio religio-
sorum aut mulierum religiosarum aut prophibete (?). Et si aspiciat
eos aliquis alius planeta bono aspectu significat coniun-
ctionem vel congregationem comodosam. Et si aspiciat eos
de malo aspectu significat adulterium inconvenientis aut mor-
bum aut mortem aut amissionem causa ipsius adulterii
Saturnus in coniunctione Mercurii significat simulat the-
ologie et astrologie et docere pueros ad legendum. Si
autem aspiciat eos aliquis alius planeta in malo aspectu
aut cartha aut faciet carthas falsas quia Mars in domo quinta
semper signat furta et vel absconsas fiunt furta et adulteria
quia Mars et Venus in domo quinta adulteria fortuna et furta signant.
Si autem vel fuerit si lucrabitur aliquis rex in preliis
aut in conquestis aliquibus in revolutione. Si fuerint Iuppiter aut
Venus in ascendente aut in domo secunda octava aut decima
aut undecima in aspectu luminaris. Signat quod lucrabit
illud quod tempore incepit pugnare. Et si aspectus fuerit malus
dabitur ei cum pestilentia. Vel si aspectus fuerit malus dabi-
tur ei illata. Vel si aliqua infortunarum istarum predictarum
fuerit in bono aspectu Martis lucrabitur cum ei. Vel si
infortune fuerint in malo aspectu fortune existentis in ipsa
domo existimabit rex ipse hic ad lucrandum aliquod extraneum
et amittet suum. Vel si in coniunctione vel oppositione non fuerit regis fortuna
in coniunctione neque aspectu luminaris neque in aliqua domorum
predictarum, aut si sunt ibi sub radiis Solis aut impediti ab
infortunis. Signat quod non lucrabitur aliquid ipse rex in sua
conquista. Et adhuc si in revolutione regis fuerit Iuppiter aut
Venus in domo quinta liberi ab infortunis et in coniunctione
aut aspectu luminaris, seu eius translatione. Signat quod
dabitur ei aliquid in exenio aut tributo maxime si ipsa for-
tuna esset in aqua suarum dignitatum. Et nota quod
luminaria cum malis aspectibus planetarum fortunarum
signant pestilencias pestilencias. Idem signant fortune cum bono aspectu
Martis maxime quando signum ascendens revolutionis fuit
signum vel domus fortune. Et si fortuna fuerit in ascen-
dente, septima aut decima. Notandum etiam quod
concordie preliorum aut aliorum signant per transmu-
tationem Veneris et Iovis cum aliqua infortunarum aut
per infortunas transmutatas ad invicem aut cum aliquo
luminarium, aut in bono aspectu luminaris aut fortune

In coniunctione in domo septima aut duodecima signat idem.
Et quando fortuna est in aliqua suarum dignitatum concordantie
maxime auctoritatis cum multis bonis proficuis
Et quando in ~~coniunctione~~ revolutione cuiuslibet fuerit Mars in
transmutatione cuiuscumque planete in domo decima aut vn-
decima aut duodecima in bono aspectu cum eo / aut quod
sint ambo in signis aspicientibus se bene signat quod ipse
homo mancipet aliquem hominem / aut quod sit particeps in
mancipatione alterius in eodem anno Sed si Mars fuerit
in aliqua istarum domorum aut planeta qui fuerit [fuit] tra-
smutatus cum eo et fuerint in malo aspectu aut in signis
mali aspectus sicut in leone et scorpione signat quod
ipse mancipetur in eodem anno Et quando Mars fuerit in do-
duodecima in coniunctione luminaris et Mars aut luminare
fuerint in aliqua suarum domorum signant ipsum mancipari
intra domum suam / aut quod sit oppressus in domo sua
Si aut Saturnus et Mars fuerint transmutati et aliquis
eorum fuerit in duodecima et luminaria aut aliquod eorum
fuerint damnata ab infortunis Signat quod in ipso anno cadet
in captivitate in manu inimicorum suorum Sed si Mars aut
Saturnus aut aliquis eorum in domo decima / aut aliquis eorum
in duodecima / aut transmutati significaret quod capiatur
in eodem anno in domo regis inimicorum regis maxime illi
in quorum nativitatibus sunt Mars transmutatus cum pla-
netis / aut in angulo aut in malo aspectu alterius planete
Notandum aut quod prelia bella et conquiste veniunt inter
homines reges seu principes inter quorum nativitates fuerit
male relationes / et dum in revolutionibus suis in eodem
anno habuerint constellationes contrarias in eodem ve sig
in bello aut eundo in mancipari aut mancipari aliquem
eorum in conquista Et quando in revolutione alicuius
fuerit dominus ascendentis sub radiis Solis aut Martis
in malo aspectu coniunctione seu transmutatione / aut domini
ascendentis vel lune / signat ipsum hominem mancipari
in ipso anno ab aliqua persona / de natura illius stelle
existentis in coniunctione malo aspectu seu transmutatione Fenice

Et Nota quod quando Mars fuerit in bono aspectu luminarium in revolutione significat bonum. Et si fuerit in bono aspectu
alterius planete significat amicitiam aut concordiam cum persona
de natura planete existentis in bono aspectu Martis. Et si
fuerit in coniunctione aut malo aspectu Martis significat malum
vel damnum aut bonum a persona de natura illius planete
qui est in coniunctione aut malo aspectu Martis. Et si
in nativitate aut revolutione alicuius fuit Mars dominus
ascendentis transmutationis cum planeta existente ibi sub radiis
Solis significat ipsum hominem mancipari maxime si Mars
fuerit in septima aut decima aut duodecima vel planeta
qui fuerit cum eo transmutationis. Et Notandum quod
x fiant 2 victorie bellorum stat sunt in revolutione regum aut principum
qui significaverint bellum ipsum habere aut in eius revolutione
fuerit luna in domo anguli aut in bono signo vel Mars fuerit
in bono aspectu alicuius luminarium et dominus ascendentis
fuerit planeta masculinus et ascendens sit igneum aut si do-
minus eius et luna fuerint cum lumine et non cadentes ab an-
gulo aut si luminare aspiciat bene alterum et sunt in ascen- vel
dente in aliqua suarum dignitatum. Dicas quod ipse rex
aut princeps vincet inimicos suos in ipso anno maxime
si ambo luminaria fuerint in domibus angulorum. Et aut
si Mars fuerit in domo anguli in bono aspectu luminarium.
Et si revolutio ostendat aliquod bonum aut stabilitatem
et boni planete sunt in angulis significat bonum. Et si luna
fuerit cadens a domo vel exaltatione sua aut ab angulo
aut Mars in angulo aut infortuna in ascendente aut in malo in malo
aspectu ascendentis et sol cadens ab angulo aut luna combusta
lumine vel sine lumine aut Mars in coniunctione malo as-
pectu seu transmutatione luminarium aut luminare in domo
sue lamentationis aut saturnus in domo contraria aut in coniunctione
luminaris aut malo aspectu alterius planete significat bonum
Et si dominus ascendentis sunt masculinus aut signum
ascendens masculinum. Et dominus eius in domo anguli fuerit
fuerit aut in domo libera sua aut in domo sua aut
in domo non cadente ab angulo et cum lumine et Mars

In bono aspectu luminaris signat vivere et si fuerint ergo omni
Et nota quod potentissimus erit rex seu princeps in cuius
natiuitate fuerit aqua eleuatio in equinoctiali aut in aliquo angulo
maxime si illa eleuatio fuit luminarium aut fortunarum et idem
magis si fuerit ipse planeta in domo aut exaltatione sua et non
cadens ab angulis et cum capite draconis Et nota quod
maximi interfectores erunt illi in quorum natiuitatibus fuerint
luminaria in domo octaua in bono aspectu Martis et habebunt
officium interficiendi aut ingenium rerum mortuarum et maximi
bellatores erunt et praedatores et interfectores illi in quorum na-
tiuitatibus fuerint Saturnus et Mars transmutati aut in malo
aspectu Et nunquam vincetur ille in cuius natiuitate fuerint
luminaria in domibus angularium et in suis dignitatibus in bo-
aspectu Martis et multarum manuum erit ille in cuius natiuitate
fuerit ☉ transmutatus cum Marte et aliquis illorum in decima
aut duodecima aut ille qui habuerit ☉ in domo decima in nullo
aspectu Martis aut Mars in decima in bono aspectu ☉ solis Et
nota quod multi pluuie inueniunt lune veneris si Mars fuerit in coniunctione
aut malo aspectu illorum et ... quod signat bella exercitus et mor-
talitates Et etiam si Mars fuerit in bono aspectu illorum signant
exercitus et ... et infortuna que signat maximum malum ma-
xime si fuerit in angulo et quanto in fortiori dignitate fuerit tanto
maius malum signat et quando est cadens a sua dignitate aut
ab angulis parum mali signat

Capitulum nonum de significatis stellarum fixarum

Notandum quod stelle fixe de magnitudine prima aut se-
cunda sunt fortes in bono aut malo unde Ptolomeus
stellis fixis attribuit maxima dona deinde auferunt ea mala mor-
te aut per malam mortem et alibi etiam dixit stelle fixe dabunt
meliorem fortunam in natiuitatibus in angulis et qui in natiuitate
fuerit aqua stellarum fixarum predictarum aut si fuerit in an-
gulo fortuna in gradu stelle fixe de natura Iouis aut Veneris
aut duorum planetarum de natura quorum unus est fortuna
significant nato valde sublimari Et si infortuna sit in gradu
stelle fixe propinque de illis que sunt de natura infortune nato
veniet in maxima destructione aut ad malam mortem quia ipse
stelle dant nato maximam potentiam in rebus mundanis que sunt

De crudelibus regibus et aliis

sublimari

De natura illius stelle fixe, et planete qui fuerit cum ea ma-
xime si fuerint in angulo aut in sequenti anguli, aut in rebus
que sunt de natura ipsius anguli, maxime si aliquod lumina-
rium fuerit in gradu stelle fixe de predictis et in angulo.
Et si stella fixa fuerit in angulo ascendentis predicta
natus erit potens in rebus de natura ipsius stelle fixe causa
suipsius per sui operis. Et si in decima causa regis domi-
nii aut imperii. Et in septima causa coniugii aut litis. Et in
quarta causa melius hereditatis aut patrimonii. Et commixtione
stelle fixe dant maxima dona, et de paupertate erigunt homines
in sublimationem, et significant super mineralia et super lapides pre-
tiosos et meliorationem rerum mineralium et quod similatur
hiis. Et si in nativitate fuerit fortuna in gradu stelle fixe de ma-
gnitudine prima aut secunda significat divitias aut multitudinem
rerum de natura ipsius stelle in quibus steterint. Et si in nati-
vitate nati fuerit planeta in gradu stelle fixe de magnitudine pri-
ma aut secunda. Si alia stella fixa fuerit in aliquo angulorum
tunc significant maximam potestatem super natum quam habebit
ipse natus in rebus que sunt de natura planete existentis in gra-
du stelle fixe, maxime si ipse planeta aut stella fixa in gradu
cuius est planeta fuerit in gradu orientali aut in medio celi.
Et si in nativitate nati fuerit stella fixa in angulo aut planeta
in gradu stelle fixe. Deinde in aliqua revolutione fuerit aliquis
planeta bonus in ipso gradu in bono aspectu alterius planete
scias quod in ipso anno complebitur bonum aut incipiet bonum
attributum in nativitate ab ipsa stella fixa cum ipso planeta in
nativitate, maxime si in revolutione fuerit in relatione planete
qui in nativitate fuerit in gradu stelle fixe de predictis.
Et iterum quando in revolutione redierit infortuna in gradu
stelle fixe in quo fuit in nativitate incipiet aut complebitur ma-
lum quod ipsa infortuna testificatur cum ipso planeta qui te-
stificatus est in nativitate super ipsum hominem. Aliter si
in revolutione fuerit ipsa stella fixa in angulo aut in aspectu
fortune, tunc in eodem anno incipit significatum stelle fixe. Et
si in revolutione istius hominis fuerit aliqua contrariis fortuna

Aut infortuna vel planeta in gradu stelle fixe alterius
vel quod alia stella fixa ab stellis que in angulo fuerint in
nativitate neque fuit cum illis planeta in ipsa revolutione sicut
etiam ipsa stella fixa vel de natura sua in maxima potestate
secundum naturam anguli in quo steterit in revolutione et se-
cundum naturam planete existentis in eo cum ipsa stella in
no revolutione. Sed nota quod minora sunt que attribuunt pla-
nete cum stellis fixis in revolutione licet sint in angulo. si
in nativitate non fuerit in angulo. neque fuerint aliqui pla-
nete cum eis. Unde dicit Ptolomeus. Planete non operantur
rem quando non promittunt. Et aliqui dixerunt quod si in na-
tivitate nati, aut in eius revolutione alique stelle fixe de predic-
tis proiecerint radios suos ad ascendens, quod significant super
ipsum hominem prosperitates suas bonas, maxime ille que sunt
apud zodiacum. Et si in nativitate nati fuerit pars fortune
in gradu stelle fixe de predictis natus prosperabitur in rebus
illius stelle fixe, aut domus in qua ipse steterit, maxime si bo-
nus planeta steterit in ipso gradu, aut aspiciat ipsum in bono
aspectu. Sed si esset aliqua infortunarum cum ipsa parte forte
et aspiceret de malo aspectu aliquem planeta aut ipsum gra-
dum significat maxima paupertatem miseriam laborem dolo-
rem et destructionem subitam. Et si in nativitate nati fuit
pars fortune in gradu stelle fixe de magnitudine prima
aut secunda. deinde in revolutione fuerit aliqua fortunarum in
ipso gradu aut planeta aliquis in bono aspectu alterius pre-
significat in ipso anno fortunam sive eius prosperitate et exalta-
tionem per naturam ipsius planete. Sed si in ipso gradu esset
infortuna aut planeta in malo aspectu infortune significat ma-
lum vel damnum et amissionem et infortunium ipso anno

Capitulum decimum de maximis transmutationibus mundi dominorum atque dominiorum

~~Et Sol et ☽ in signo arietis significant~~
V Nota quod quando coniunguntur Saturnus Iuppiter Sol
et ☽ in signo arietis significant transmutationes regnorum et do-
miniorum, et quod oritur rex de genere novo in aliquo loco
mundi et erectionem alterius domini in mundo super omnes

Aliorum dominus, et si iungantur tres planete sine Marte quia
non sit ibi preter Solem et Lunam et unus illorum sit dominus
signi in quo coniunguntur scilicet dominus domus aut exaltationis
signat exaltationem aut erectionem rerum de natura ipsius signi
Si autem omnes ibi quatuor planete coniungantur in thauro
signant exaltationem maximi alicuius prelati in mundo. Si in
geminorum signo erectionem ordinum fratrum et fraternitatum
signat. Si in Cancro signat exaltationem regis. Et si in leone
signat exaltationem celestis. In virgine signat erectionem ex-
altationemque religionum et monachorum. In libra vero ere-
ctionem ordinationum iuris et constitutionum. In scorpione
erectionem falsitatis tradicionis et monete false et alchimista-
rum et rerum sophisticarum. Et in sagittario erectionem eq-
uitationum et militum novorum et milicie nove. In Capricorno
erectionem vinculatorum depredatorum et destructorum. In
aquario hebreorum et personarum vilium. In pisce erectionem
clericorum et personarum ecclesiasticarum. Et quando Saturnus
et Mars Sol que et ☽ coniunguntur signant erectionem exer-
cituum super res de natura signi in quo coniunctio huiusmodi
fit scilicet et signant maximas mortalitates et destructiones. Saturnus
~~a luna~~ Juppiter que et Mars una cum Sole et ☽ signat
destructiones et decollationes et mortalitates in aliquibus par-
tibus mundi super rem de natura signi in quo fuerit et
significantur in terra aut regno super quod testatur signum
in quo iuncti sunt planete. Et Saturnus et Mercurius
Venusque una cum Sole et ☽ signant monarchas et do-
minas religiosas. Saturnusque et Mercurius et Sol et ☽
signant ordines monachorum et religiosorum et heremitarum
et ordinationes et constitutiones. Iuppiter vero et Venus
cum Sole et ☽ signant edificare civitates aut villas seu
ipsa habitare maxime si fuerint in gradu alicuius stelle
fixe de magnitudine alicuius prima aut secunda stelle
natura signi in quo fuerint talis erit habitatio

Si vero coniunguntur ☉ Iupiter Venus aut Mercurius et ☽
signant erectionem alicuius celsis maxime auctoritatis
Et Iupiter et Mars et Sol et ☽ signant exercitum et destruere
villas et civitates maxime si fuerint in signo fixo. Et Iupiter
Sol et Mercurius et Luna signant constitutionem novam. Et
si aliquis eorum sit in domo sua signant exaltationem cleri
aut pape. Et Mars et Venus una cum Sole et Luna signant
mortalitatem mulierum. Vel si Sol et Venus et Luna essent
in coniunctione ~~signant~~ et Mars in bono aspectu eorum fortunium
maximum. Vel si Iupiter aspiciat ipsam coniunctionem signat
multa coniugia. Mars vero et Mercurius et Sol et Luna
signant monetas et artificia multarum modorum. Et ☉ [sol] et Venus
Mercurius et ☽ [luna] signant concubina [conubia] mulierum monacharum et opposite
~~oppo~~site et mulierum. Et notandum quod coniunctionis Sa-
turni cum Iove quando de una mutatur triplicitate ad aliam
signant mutationes in mundo secundum naturam signi ad quod vadit
vel mutatur triplicitas. Et coniunctio Saturni cum lumi-
naribus in capite draconis in Tauro aut Leone signant edifi-
care aut habitare civitates aut civitate que sit caput regni
aut regnum erit separatum quod non solebat esse.

Aparicio Comete

Notandum autem quod apparicio stellarum noviorum crinitarum
et elementorum mala et que permanent in eodem loco diu
signant erectionem hominis in magna dignitate aut in magno
dominio in mundo et apparicio stellarum cadentium et come-
tarum si fuerint rubee aut prope Martem signant morta-
litates et guerras et decollationes et bella et sanguinem. Et si
fuerint prope Saturnum signant mortes principum et tempe-
statem et infortunia in mundo. Et si fuerint prope Iovem
signant multitudinem iustitie pacisque et fertilitatem et co-
plementum rerum in mundo. Et nota quod bonum vel malum
quod signant iste stelle cadentes aut comete sunt in rebus

1807 69.

Qui sunt de natura illius signi in quo accidit ipsa stella cadens
aut Cometa. Et iam accidit tempore meo Cometa in Sagittario
apud Saturnum et mortui fuerunt illico multi boni homines
in mundo et multi ceciderunt de equis suis qui intromittebant
pedes suos in scriberis et ferebantur per planum a suis equis
in huiusmodi tempore pervenit tempestas maxima in bestiis
equestribus ita quod non poterant se super pedes tenere quia rota-
bant ipsi albastarei [albeistarei] per planam a qua nullus evadebat nisi de
omnibus quatuor pedibus suis depalmabatur. Quandoque
etiam iste stelle et Comete significant epidimia talis modi quod
homines subito moriuntur. Et tempore meo apparuit Cometa in Leo-
ne prope Saturnum de qua multi homines subito moriebantur causa
ventositatis superantis in ore stomacorum suorum et notabam
quidam medicorum huiusmodi infirmitatem cetram (?) et si succurre-
batur eis cum apposicione [ad posicione(m)] ventosarum cum igne sine scarificatione et
supra stomacos eorum liberabantur. Si autem non moriebantur.
Et nota quod Saturnus in termino Martis aut in gradu stelle
sive de magnitudine prima aut [aut] secunda, de illis que sunt de
natura Martis in malo aspectu cum sole significant scintillaciones et
siccitatem maxime tempore estatis aut autumni. Mars vero in termino
suo aut in gradu stelle sive de coniunctione Martis et in malo aspectu
Solis significat scintillaciones siccitatis ignes maxime in autumno in aut
estate. Notandum est autem quod coniunctiones que significant habi-
tationes civitatum si fuerint in V signum (?) habitare castrum a-
quod. Si autem in Thauro civitate maxima in terra fiente (?). In ge-
minorum vero signo hospitale aut domum confraternie aut frat-
ernitatis congregationis. Vel in Cancro civitates aut insulas prope
littus maris. In Leone vero celebrium ecclesiarum. Et in vir-
gine monasteriorum. Et in Capricorno curia. In aquario signat
celebritate hortos (?). Et si ipsa coniunctio fuerit in gradu alicuius
stelle sive de predictis de coniunctione Veneris aut Iovis (?) fortu-
narum (?) aut fortune et Mercurii, veniet ipsa habitatio ad ma-
ximas divitias potestatem et statum. Si autem ipsa coniunctio

albecastarei

Cometa in ♐

in ♌

scarificatione

♄ in termino ♂

♀ ... ♂

Si fuerit in gradu stelle fixe de coniunctione unius infortune aut dua-
rum infortunarum ~~infortunarum~~ aut Saturni per se ipsa habitatio
erit pauper et venient multe tempestates super habitatores ipsius
et videbit iterum dehabitari ipsam. Et si in gradu stelle fixe de
coniunctione Martis fuit plantata ipsa habitatio destruetur igne
aut ruet et venient super ipsam guerre, bella et multitudo lapidis
a celo. Si autem coniuncta ipsa sit in gradu stelle fixe de coniun-
ctione Saturni et Martis ipsa habitatio seu popula erit multo-
tiens destructa et multotiens populata et sepe comburetur, et
si ipsa coniunctio fuerit in gradu exaltationis planete scias quod
habitatores ipsius populi erunt domini suorum terminorum et ipsa
popula erit caput regni aut erit honoratissima. Et si in coniunctione
Saturni et Iovis fuerit Mars in coniunctione aut oppositione illorum
scias quod talis coniuncta signat destructionem legis aut ordinis regni
seu civitatis aut dominii. Et si in coniunctione Iovis aut Saturni
fuerit Sol eclipsatus in cauda draconis et Mars in coniunctione aut
malo aspectu Solis aut [illegible] scias quod signat destructionem legis aut
regni seu dominii aut mutationem magne patrie. Et si congrega-
rentur Saturnus Iupiter et Sol et Mars fuerit in malo aspectu
illorum scias quod signat destructionem legis aut dominii ma-
xime si Mars et illi fuerint in cauda. Et destructio [illegible]
erit in civitate cuius edificium attributum sit in gradu quo se
fuerit Saturnus aut Sol eclipsatus cum aspectu Martis. Et si
multi planete fuerint coniuncti cum Marte et Saturno in opposi-
tione illorum aut alter eorum signant destructionem in dies [illegible]
Et quando infortuna fuerit in coniunctione Solis aut in eius oppo-
sitione in gradu stelle fixe de magnitudine prima aut in quarto
seu malo aspectu fortune signat tempestates destruentes [illegible]
sicut de rege, igne, aqua aut glacie, terremotus, epidemiam, mor-
bos, mortalitates et bella in terra super qua signat signum
aut mala aspectus. Et si Iupiter et Mars in malo aspectu signat
iterum bella, lites, mortalitates et prelia. Et nota quod signa
in quibus planete signant erectiones dominiorum aut separa-
tiones quarumdam gentium ab aliis signant super ipsas.

Regionis, et super ipsas gentes super quas testantur signa et planete
Notandum etiam quod omnis civitas que fuit edificata cum Mars
fuit in medio celi aut aliqua stellarum stellarum fixarum sue nature
morientur cives. Sed ego dico quod ipsa civitas destruetur igne
aut tempestate aut grandine

Capitulum vicesimum de interrogationibus secundum
viam ductorum doctorum. Domus prima

Quando aliquis voluerit scire statum sue vite aut illud
quod contingit ei tam in bono quam in malo, et sua nego-
tia et fecerit interrogationem super ista aut aliquod eorum, aspice
quod signum ascendit et quam naturam habet et quis est dominus
ascendentis, et quo ... in qua domo, et quis planeta est dominus
ascendentis, et quis planeta est in ascendente aut in secunda aut
decima, et quis planeta est cum parte fortune, et qui planete aspiciunt
ascendens et lunam, et accipies tunc significatores in huiusmodi negotio
domum scilicet ascendentis et lunam et planetam qui fuerit in ascendente.
Ad sciendum negotia ipsius hominis et accipies significatores suarum di-
gnitatem et lunam dominum domus secunde, et planetam qui fuerit
in casa qui fuerit cum parte fortune si ibi fuerit aliquis planeta.
Et si significatores predicti fuerint boni aut in bonis aspectibus
aut in suis dignitatibus et liberi a malis aspectibus infortunarum
erit oppositum dicti. Ostendit ergo tunc bonum de suis naturis et par-
te prosperitatum bonorum quibus ipsi fruuntur. Et si significatores
predicti fuerint mali et in malis aspectibus infortunarum erit op-
positum dicti. Et ad sciendum negotium nati aspicies cum ipso planeta
dominum ascendentis, et scies quod negotia sua erunt prosperitatis
illius planete. In rebus nature ipsius domus quo fuerit planeta
ipse. Sed si iste planeta fuerit bonus in sua dignitate et luna
fuerit in aliqua suarum dignitatum et in bono aspectu ascenden-
tis aut domini eius, scias quod status et familia hominis
huiusmodi perveniet ad honorem et dignitatem et potestatem.
Et si boni planete aspiciant eos bono aspectu, prosperitas erit cum ho-
nore exaltationis aut mercede dominorum; et si fortune male
aspiciant eos, prosperitas erit cum re non recta; et si infortune aspiciant
bono aspectu ipsos significatores, prosperitas erit causa maleficii aut
aut periculi aut labores

nota

De interrogationibus

significatoris

nota

Laboris. Si vero aspiciat infortune mali potestas erit ex mala parte et veniet ei malum de eo et privabitur corpore potestate. Verum si significator fuerit cadens aut in coniunctione planete cadentis a domo vel exaltatione sua, cadet postquam ascenderit in potestatem.

De infirmo et in periculo mortis posito questio

Si aliquis timuerit mortem suam propriis aut alterius quamque causa et fuerit questionum et dicendum si vivet aut morietur de periculo existimato aut si vivet tamdiu quod perficiat aliquod opus quod habet inceptum. Aspicias ascendens hore interrogationis.

Signa vite

Et si ascendens fuerit in bono signo aut fortuna aut luminare in domo prima liber ab infortuniis taliter quod non sit infortuna in octava aut quod dominus ascendentis sit cum lumine et quod non sit in octava neque in coniunctione neque malo aspectu aut translatione infortune. Scias quod non timebit a morte.

Signa mortis

Et si in domo prima sint infortune aut malevole aut luminare in translatione coniunctione aut malo aspectu earum fortuna aut dominus ascendentis fuerit in octava aut coniunctione aspectu malo aut translatione infortune aut sub radiis Solis, dic ipsi homini quod morietur in periculo existimato. Et si in ascendente sit luminare aut fortuna cum infortunas aut in oppositione infortune et dominus ascendentis fuerit sub radiis Solis aut in octava, scias quod morietur homo cuius causa fuit interrogatio facta in periculo de quo timetur, maxime si ambe infortune se iungant in ascendente. Et si altera fortuna fuerit in ascendente altera vero in octava aut ambe in ascendente et domo octava et aliqua illarum aspiciat male luminare aut dominum ascendentis aut esset in coniunctione cuius illorum aut dominus ascendentis esset sub radiis Solis aut si aliqua infortunarum sint in aliqua istarum domorum sub radiis scilicet Solis aut Lune in altera istarum domorum inter ambas infortunas. Scias quod significat ipsi homini mori.

Significationes mortis

Et si in ascendente neque octava non fuerit aliquis planeta bonus vel malus neque dominus ascendentis fuerit sub radiis Solis, scias quod non morietur ille cuius mors timetur in periculo existimato maxime si aliqua fortuna fuerit in ascendente aut octava, libera ab infortuniis et robustiora. Si autem volueris scire an vivet diu aspicies predicta et si inveneris ascendente octava et dominum ascendentis liberas ab infortuniis et o-

Radio Solis / et dominus ascendentis sunt in angulo / aut in domo anguli super terram / sunt in ascendente in aliqua suarum dignitatum sciat quod vivet per plurimos annos Sed si dominus ascendentis si fuerit cadens ab angulo et a suis dignitatibus sciatur quod vivet parum temporis . Si aliquis petat si habebit indumenta bona aut aliquid pertinens in corporis decorem aspicias ascendentem et dominum eius / si fuerit ~~in~~fortuna aut luminare in bono aspectu fortune ~~et~~ liberi ab infortunis / sciat quod habet indumenta quesita talis modi quod dabuntur ei gratis aut elemosina Sed si fuerit infortuna in aspectu malo luminaris / et ipsa in aliqua suarum dignitatum ostendit ipsum habere indumenta personaliter empta aut ratione quarumdam alia scripta

Domus secunda

Si quis venerit ad ~~[illegible]~~ quescumque si poterit lucrari pecuniam aut substantiam habere multam / aspice ascendentem et domum secundam et dominus eius / et si fuerit ibi aliqua planeta in aliqua suarum dignitatum / aut luminare in domo sua / in exaltatione aut bono aspectu fortune / aut ~~[illegible]~~ auctum lumine / et liberi ab infortunis significat habere lucrum / substantiam bonam / cum gaudio / et risu / Etiam si in istis domibus fuerint infortuna in bono aspectu boni signi domus aut fortune alterius existentis in aliqua suarum dignitatum significat lucrum cum labore / aut in ... aut ... Sed si infortuna fuerit ~~in bono~~ in aspectu malo coniunctionis aut exaltationis infortune in aqua suarum domorum significat amissionem Sed si in istis domibus fuerit fortuna aut luminare cadens / aut in malo signo / et separati ab infortunis significat parum lucrum / et sine commodo Et si in ascendente fuerit bonum signum / et dominus eius fuerit in coniunctione lune in domo proprietatis illius rei cuius commodum queris et lucrum / aut aliquis eorum in aliqua suarum dignitatum / aut in signo proprietatis rei cuius lucrum queris / et liberi ab infortunis / et cum lumine / et non cadentes a suis dignitatibus

De indumentis questio

Questio super lucro pecunie

Atque ab angulo / scias quod lucrabitur querens rem quesitam

Aut si in ascendente / a domo [above: secunda] ~~septima~~ fuerit una in coniunctione

luna / et in domo proprietatis / recipit aut receptus / in coniunctione transmuta-

tioneque cum domino proprietatis rei / cuius lucrum querit / Et ipse

planeta quod sit bonus et receptus / et in [illegible] in angulo suam

dignitatem / scias quod lucrabitur querens quod querit / Et si contra-

rio fuerit ut dictum est / quod signum ascendens sit de propri-

etate rei quesite / et aliquod luminarium aspexerit bono aspectu ascen-

dentis / scias quod lucrabitur rem quesitam. Si aliquis quere-

Questio super insidia aut bello aut re de qua timet

ret aliqua insidia aut bello aut re de qua timet / respice ascen-

dens / et dominum secundum / et si inveneris Martem aut [above: lunam] in domo

Martis / scias quod ibi adest insidia inimicorum / Et si inveneris

Martem in septima scias quod obviabit inimicis magnis / Et si fuerit

in coniunctione malo aspectu seu transmutatione Martis / et si [above: luna] fuerit

in domo prima aut in secunda in coniunctione aut aspectu Mer-

curii per non Martis / scias quod inundatores sunt in itinere / Et

si [above: luna] steterit in aliqua ~~[illegible]~~ domorum predictarum ~~scias quod fuerit~~

in aspectu Martis et Mercurii / scias quod inundatores [above: mendicatores] et

in itinere et ibit ad inimicos / et dimittet eos semper [above: maris] / Et si luna fuerit

in aliqua domorum predictarum in aspectu coniunctione aut trans-

mutatione Saturni / scias quod pauci aut viles sunt [illegible] et

in insidia aut relato / ita quod [above: plo] pareat ipsi a re qui sunt ab illis / Et si

Quo pro victoria in litigio

volueris scire quod si litigabis an si vinces te / scias quod si [above: luna] aspiciat ma-

le Martem ipso Marte existente in aliqua domorum predictarum et ca-

dente ab angulo / et a sua dignitate / scias quod vincet te / ~~Et si luna~~ fuerit [right margin: Et si luna fuerit]

tunc in domo aspectu Martis in domo anguli / aut si [above: luna] sit in domo

Martis in domo anguli in bono aspectu Solis / aut ipsa in sua

dignitate / scias quod tu vinces alios / Et si Luna fuerit cadens

ab angulo / aut a sua dignitate aut transmutata cum Marte sci-

as quod res [above: aut] ~~[illegible]~~ vincetur. Si aliquis querit de illa

De qua parte lucrum fiet sperare

re invenire ipsum lucratum ipsam et volueris scire de qua parte

veniet lucrum / aspicias dominum domus secunde / de quibus

planetis et dicitur qui si fuerit dominus alterius planete

[illegible]

rem venit ex parte aspectatur planete scilicet domus in qua est
Et si dominus domus secunde non fuerit aspectator ipsius pla-
nete scilicet domus in qua steterit [illegible] si dominus domus secunde
non fuerit dominus illius planete scilicet fuerit in bono aspectu domini
ascendentis Et si volueris scire quantitatem lucri an sit multa
vel parva aspicias si sit fortuna in ascendente aut in domo
secunda et fuerit in aliqua suarum dignitatum aut si dominus secunde fuerit
in aliqua suarum dignitatum aut in domo anguli et cum parte
fortune Scias quod quantitas erit maxima secundum spacium persone
Sed si fuerit in ipsa fortuna aut dominus secunde in casu domus — a domibus
aut angulis Scias quod quantitas erit parva secundum spacium persone

Si aliquis fuerit interrogans recuperacionem amissi a furti — [illegible] amisso [illegible] furto
aspicias ascendentem scilicet domum quartam et partem fortune Et si
inveneris in aliqua illarum aliquam fortunarum ac luminarium in
sua dignitate liberum ab infortuniis aut fortuna que fuerit
in ascendente aut secunda domo que sit in aspectu luminaris aut
luminare in aspectu fortune aut in coniunctione Scias quod sequitur
recuperacionem postulati Sed si in domibus predictis fuerint infortuna
aut luminare in malo aspectu earum aut coniunctione cum
infortuna aut infortuna cum parte fortune Scias quod non recupera-
bit postulatum

Domus tercia

Si aliquis fuerit interrogans pro quarumque re fratrum aut
sororum aut fraternitatis capituli clericorum attinentium si erit
bona vel mala aut si venit ei malum vel bonum Et eo
aut non aspicias dominum tercie et dominum eius et dominum ascendentis
Et si dominus ascendentis et dominus tercie fuerint in coniunctione in ascen- — in ascendente
dente aut tercia aut fuerint coniuncti scilicet dominus ascendentis in tercia
et dominus tercie in ascendente aut uterque illorum in domo
sua aut in bono aspectu in domibus angulorum aut succedentibus
angulis et ergo tunc erit concordia aut confraternia
aut bonum quesitum ab istis rebus maxime si ambo fuerint
fortune aut si fuerit fortuna in ascendente aut in aliqua suarum
dignitatum et in domo tercia in [illegible] aut bono aspectu aut
coniunctione luminarium Verum si iste fuerit dominus infortunatus
aut si infortuna in eis aut si sunt vacui a fortunis non erit

Unde aliquis alterius planete ergo locus erit aspectus

[illegible]

Aliquod (alter) bonum de quesito. Sed si in ipsis fuerit infortuna
aut planeta malus in malo aspectu aut combustione
infortunii signat malum de re quesita. Set si in domo 10a
fuerit dominus ascendentis in parte fortune liber ab infor-
tuniis signat complementum quesiti maxime si fuit in
bono aspectu aut combustione domini (domini decime) fuerit boni

Domus quarta

Planete

Questio de dignitate et successione in hereditate

Si queratur si obtinebit dignitatem aut habebit hereditatem
parentum suorum respice dominum ascendentis et dominum quarte. Et si
fuerit aliquis planeta in aliqua suarum dignitatum liber ab in-
fortuniis et in lumine aut si dominus istarum domorum fuerit alter
non cadens ab angulo aut aliqua fortunarum in ascendente aut
in quarta liberi ab infortuniis aut in lumine. Signat quod comple-
bit quesitum. Et si inveneris luna (luminare) in domo quarta in coniunctione
in ascendente aut in quarta liberi ab infortuniis. Signat quod complebit
quesitum. Et si dominus ascendentis fuerit fortuna aut dominus
domus quarte. Aut si aliquis eorum aut luna fuerit in quarta
in aliqua suarum dignitatum in parte fortune significat comple-
mentum rei quesite

Si fuerit fortune in quarta aut in bono aspectu aut coniunctione eorum aut quodam illorum aut ambo in aliqua suarum domorum

Questio de fine negocii etc.

Et si petit de fine negocii rei inquisite utrum sit bona aut mala
aut si habebit bonum a patre suo aut similia. Aspice si fuerit
domus quarta bonum signum aut stella ibi fixa sit fortuna et
liber ab infortuniis aut luminare in bono aspectu fortune domini
quarte aut dominus ascendentis et bonus planeta in parte for-
tune in quarta domo. Audit complementum quesiti maxime
si ipsa fortuna ipsius in domo quarta fuerit in bono aspectu
domini ascendentis et dominus ascendentis fuerat in domo anguli
in aliqua suarum dignitatum et liber ab infortuniis et in lumine

Questio de thesauro in terra latente

Si vero petit de thesauro incumbente terra si est in aliquo loco
in quo suspicatur ipsum ibi esse aspice domum quarta. Et si fuerit
fortuna aut luminare in aliqua suarum dignitatum liber
ab infortuniis. Signat quod est ibi thesaurus suspicatus maxime
si luminare quod fuerit in domo quarta fit in bono aspectu
domini ascendentis aut luminaris aut fortune aut si fortuna
ipsa que in est in aspectu luminaris sit quarta. Et si scieris quod thesaurus
est ibi set volueris scire si poteris ipsum habere respice dominum
ascendentis et ascendens et dominum septimi et domum eius. Et dum

Domus quarte / et luna / Et si in ascendente aut secunda fuerit
fortuna in dignitate sua libera ab infortuniis / aut luminare
in sua dignitate in bono aspectu fortune et liber ab infor-
tuniis / Iudicas quod poterit habere thesaurum Et si domini ascendentis et
lune aut domus secunde fuerint boni in bono aspectu / aut in
commixtione aut coniunctione cum domino quarte / et non cadentes ab
angulis neque a dignitate sua / Iudicas quod similiter poterit habere thesaurum / stante
tamen quesito maxime si aliquod luminarium aspexerit vel
ascenderit.

Domus quinta

Si petit quam responsionem habebit a carta quam misit respi-
ce dominum ascendentis / et dominum quinte / et septime / et mercu-
rium et lunam / Et si in aliqua istarum domorum fuerint mer-
curius / et luna in bono aspectu admixti / aut dominus ascendentis
et in aliquibus suarum dignitatum / aut cum parte fortune liberi
ab infortuniis in ascendente / aut in domo secunda fuerit luminare
in bono aspectu fortune aut fortuna in bono aspectu luminaris
aut cum luminari iuncti in aliqua suarum dignitatum aspicienti quod
ascendens bene veniet nuncius / Et si dominus ascendentis fuerit domus
quinte et in aliqua istarum domorum in bono aspectu lune / aut
in domo anguli in bono aspectu lune et in aliqua suarum di-
gnitatum liberi quoque ab infortuniis / Iudicas quod veniet bene nuncius
maxime si aliquis eorum fuerit in bona domo cum parte for-
tune / Et nota quod carte nuncii et responsiones sunt domus quinte
et mercurius / et luna / Et qui isti fuerint in commixtione aspectu
aut coniunctione aut aliquis eorum fuerit aspiciens vel ascen-
dens / et sunt in domo prima / aut quinta / aut in ascendente signum
habet carta responsionis de quesito / Et si aspectus eorum sit bonus
aut aliquis illorum aspiciat bene ascendens / aut aliqua fortunarum
aut luminarium / ostendit quod carta erit bona / Sed si infortune aspexerit
male aliquem istorum / aut sunt in aliqua istarum trium domorum
predictarum / nuncius veniet cum malo / et audiet malum / et impedimen-
tum et dampnum / Et si aliqua istarum domorum non invenitur nullibi
mercurium et lunam sed invenitur aliquem earum in domo nona
in commixtione aspectu aut coniunctione ascendentis aut in coniu-
nctione alterius et aspectu domini ascendentis ostendit dubias car-
tas de via longinqua

Si querit an ille qui est alibi veniet aut non / Respice lunam
si sit in ascendente / Iudicas quod cito veniet / Et si sit in bono
aspectu ascendentis / Iudicas quod in via veniet / per iter / Et si ipsa sit cum
lumine et in bono aspectu solis aut martis / Iudicas quod veniet ve-
lociter / Sed terra et mercurii / Et si voluerit Venus cum [illegible] / aut

q.
Si petit quam responsionem habebit de carta missa

q.
De absente alterius quomodo [illegible]

Quo valet respice planetas qui coniunguntur aut aspiciunt lunam
et si fuerint boni quia et aspicit et ipsi fuerint in aliqua suarum
dignitatum significat quod veniet / vera si fuit in coniunctione aut
aspectu signi in quo est luna. Sed si luna fuit sub lumine
et non aspicit ascendens. Scias quod non veniet ille super quo petis

2 De re furata
2 re furata

Si quis petat de re furata aut amissa / si ea inveniet aut
recuperabit / respice ascendens / et domum secundam et quartam / et si
inveneris aliqua fortunarum in coniunctione bono aspectu aut
transumtacione lumine / in lumine et libera ab infortuniis / aut
luna in bono aspectu fortune sicut dictum est. Scias quod recuperabit
illud quod furatum fuit aut quod inveniet quod amissum fuerit.
Sed si inveneris domos hujus varias / aut dominum earum / sibi
habeat bonos aspectus / scias quod aliquid inveniet aliquid non.
Sed si dominus earum habuerit malos aspectus aut si in domibus
hujus fuerint infortune / scias quod non recuperabit amissum

De salute filiorum q

Si quis petit de salute filiorum suorum aut de bono eorum sive
scolarium aut monasteriorum / aspice ascendens et dominum eius et
et dominum quinte / et si fuerit infortuna in bono aspectu luminarum
aut luminare in bono aspectu fortune aut dominus eius in coniunc-
tione aut bono aspectu aut transumtacione cum domino quinte in
aliqua istarum domorum / et in aliqua suarum dignitatum et cum parte
fortune dicit quod bonum quesitum veniet filio et ego

De impregnatione mulieris q

Si aliquis petierit de aliqua muliere aut sit pregnans vel
non respice dominum ascendentis et dominum quinte / si se aspiciat
ad invicem bene aut si in quinta sit fortuna aut luminare
in suis dignitatibus / scilicet in triplicitate domo vel exaltacione
aut cum parte fortune / aut si significator sit sub radiis solis significat
ipsam esse pregnantem

2 de lucro omni re

Si quis querat si lucrabitur in vino suo aut in rebus quas
habet in apoteca aspicias quintam / et si inveneris ibi for-
tuna in sua dignitate libera ab infortuniis in bono aspectu
lune aut domini ascendentis et cum luna. Scias quod lucrabitur in eo
Sed si fuerit ibi bonus planeta in coniunctione bono aspectu aut
transumtacione infortune / scias quod lucrabitur in hoc / sed si fuit
ibi fortuna in coniunctione aut malo aspectu aut transumtacione
infortune aut infortuna in coniunctione aut malo aspectu
sive transumtacione fortune significat amittere in re sua vendenda

Domus sexta

2 de infirmo

Si quis petit pro infirmo si evadat ab infirmitate aut
morietur / respice ascendens et domum sextam octavam et lunam
et si inveneris dominum ascendentis et lunam sub radiis solis

Aut in bono aspectu Solis aut in transmutacione malo aspe-
ctu et coniunctione infortune. Et unus istorum aut infor-
tuna qui est in malo aspectu vel transmutacione illius ~~illius~~ in
domo sexta octava quod ondit mortem infirmi. Et si domini for-
tune fuerint in domo prima sexta aut octava. Et unus in
ascendente alter vero in sexta aut unus in sexta alius vero
in octava in coniunctione in malo aspectu aut transmutacione
cum domino ascendentis aut cum luminari aut sub radiis solis
ondit mortem infirmi. Aut si dominus ascendentis et sexte fue-
rint in sexta domo aut in octava in coniunctione aut malo
aspectu aut transmutacione infortune aut sub radiis solis
ondit mortem infirmi maxime si dominus ascendentis aut domus
domus octave fuerit in fortuna. Et si duo aliqui istarum
domorum fuerint in aspectu coniunctione aut transmutacione ~~medio~~ cum medio
infortuna maxime si dominus ascendentis aut octave fuerit
infortuna. Sed si nichil horum inveneris in interrogatione
fuerit quod aliqua fortunarum in ascendente aut in sexta
in aliqua suarum dignitatum et libera ab infortuniis ondit
salutem infirmi. Et si dominus ascendentis fuerit luminare aut
fortuna in aliqua suarum dignitatum. Et cum parte fortune
aut in medio celi aut in ascendente libere quod ab infortuniis
ondunt salutem infirmi. Si aut Sol aut luna aut fortuna
fuerit in gradu partis fortune. Et in bono aspectu fortune
signat quod infirmus habebit ea omnia quibus indiget. Et
signum evadendi. Et si aliqua infortunarum fuerit in gradu
partis fortune ondit inopiam rerum quibus indiget infirmus
vel est signum mortale maxime si ipsa fortuna fuerit
in malo aspectu domini ascendentis aut domini sexte octave
aut luminaris.

Si aut volueris scire naturam infirmitatis aspicies complexiones
planetarum significancium infirmitatem. Et scias quod egri-
tudo erit composita de complexionibus planetarum de natura
signi ascendentis. Verum si ipsi planete sunt frigidi et sicci
ut saturnus aut mercurius egritudo erit melancolica
sicut quartana paralisis splenetica. Et si egritudo fuerit
a planetis frigidis et humidis sicut mercurius et luna egri-
tudo erit continua. Sed si fuerint saturnus et venus erit
terciana. Si aut Mars cum luna aut Mars cum venere egritudo
erit febris cotidiana aut effimera. Si aut Mars fuerit
cum sole egritudo erit febrem acutam longam que quidem
sunt acute de tercii mali longe non fiunt item pars

Si autem egritudo fuerit a marte in colore egritudo erit
apta sanguinea aut ictericia aut repletio sanguinis
Et si egritudo sit a saturno et marte erit fluxus intesti-
norum aut res feda putrida aut pestis Si autem signum
ascendens sit igneum egritudo erit calida Si aereum
egritudo habebit ventositatem aliquam Et si sit terreum
egritudo erit frigida et sicca et in marte magna Si
vero sit aquaticum erit egritudo in fluxu aliquarum
materiarum sicut hydropisis ex nimia evacuatione

Si autem aliquis petat ex comedo alicuius bestie aut servi a
de comparatione alicuius debiti tempore ascendens et dominus sexte
et sic ascendens aut sexta Et si in domo sexta fuerint luminare
aut fortuna in sua dignitate aut in bono aspectu luminaris
aut fortune et liberi ab infortuniis quod erit emendi commodum
et bonum acquisite Et si dominus ascendentis aut luminare fuerit
in bono aspectu domini sexte et aliquis illorum sit in bono an-
gulo et liber ab infortuniis erit emendi bonum rem et commodum
Et si dominus sexte fuerit bonus cum parte fortune et in bono
aspectu alterius planete et liberi ab infortuniis signat bo-
num et commodum

Domus septima

2 de coniugio

Si aliquis interrogaverit si fiet coniugium aut non aspi-
cies dominum ascendentis et lunam pro quesitore et venerem
et dominum septime pro quesito Et si inveneris dominum ascendentis
et lunam cum lumine in coniunctione aut bono aspectu domini do-
mus septime aut venerem in ascendente aut quinta vel aut
undecima in aliqua suarum dignitatum signat coniugium aut
appropinquationem eius sic et sit quod si fuerit in ascendente
aut septima signat coniugium Et si sponsalia fuerint
in quinta et si fuerit in decima signat thalamos nisi ali-
qua infortunatarum prohibeat eos cum suo opposito aut malo
aspectu quia nulla infortuna abscindit alienationem nisi
facit eam in suo aspectu aut coniunctione aut ea velo-
citant ea aut prolongat eam quia mars velocitat ea
saturnus vero prolongat et aliqui tamen appropinquat ve-
nerem et lunam quia si ipsi sunt in coniunctione aut bono
aspectu seu transumptione aut in aliquibus suarum di-
gnitatum aut in ascendente quinta aut septima libera
et ab infortuniis et quod sunt duabus cum lumine Et quod sit
luminare aut fortuna in bono aspectu ascendentis signat
[illegible] quod fiet coniugium
[illegible] quod fiet coniugium

De expugnacione castri

Si aliquis interrogaverit de villa aut castro super
quod pugnaverit si poterit ipsum obtinere vel capere. Dicat
pro villa respice dominum ascendentis et dominum septime. Si vero
castrum dominum decime et si inveneris dominum septime in sep-
tima liberum de infortunijs dicas quod non obtinebit villam
Similiter erit si fuerit dominus decime in decima. Sed si aliquid istorum
non fuerit ita et fuerit luminare aut fortuna in aliqua
suarum dignitatum in ascendente interrogacionis et liber
ab infortunijs aut in domo sexta. Dicas quod ipse hoc obtinebit
vel villam aut castrum super quod pugnaverit. Sed fortune
significant hoc fieri prestissime luminaria vero significant festinanciam
et infortune significant impedimenta. Et si in interrogacione
fuerint saturnus aut mars in ascendente dicas quod non obti-
nebit locum postulatum.
Et adhuc est alius modus in quo poteris scire si obtinebit
ad locum pugnandum aut non. Et est quod aspicias ascendentem
coniunctionis precedentis et dispositionem oppidi seu ville. Et signi-
ficatorem revolucionis ipsius anni in qua domo acciderit
Et si fuerit fortuna aut cadens ab angulo aut a digni-
tatum aliqua suarum aut in domo destructionis sue aut in co-
iunccione seu malo aspectu infortunii dicas tunc quod villa
vexabitur ab inimicis quod non poterit defendi. Si autem si-
gnificator revolucionis precedentis fuerit in domo angu-
lari in aliqua suarum dignitatum aut fortuna seu luminare
angulo aut in parte fortune dicas quod non capietur castrum
aut villa quod si non scieris revolucionem coniunctionis pre-
dicte tunc accipe revolucionem diei seu hore in qua ~~...~~ edi-
ficatus fuit ipsam villam. Hoc est dicere revolucionem dicte
ville. Et fac ut supra. Et si luminare aut dominus ascendentis
fuerit cadens ab angulo aut a sua dignitate aut inter
duas infortunas aut inter oppositum ambarum quod aspi-
ciant in eodem signum. Dicas quod castrum destruetur vi et ma-
nu capietur et morientur homines qui sunt intus in eo.

De victoria in bello

Si volueris scire an habebit victoriam in bello aspicies
martem. Et si fuerit in bono aspectu luminarium et martis
aut luminaris quod est in bono aspectu illius fuerint in
fortuna in aliqua suarum dignitatum dicas quod vincet
ille pro quo fuerit facta interrogacio. Item si sol fuerit
in nona aut in aliquo signorum dextrarum in bono aspectu
martis et luna non cadens ab angulo et dominus ascendentis

Neque in aliqua suarum dignitatum et liberi ab impedimentis
Saturni Scias quod vincet ille pro quo fuit facta interrogacio Et
si ambo luminaria fuerint in signis masculinis et ascendens
fuit signum masculinum Et dominus eius fuerit in sua dignitate
aut in domo sub libertate et non cadens ab angulo et liberi a
marte vel a malo aspectu infortunatarum Scias quod vincet ille
pro quo fit interrogacio
Et si mars fuerit in coniunctione aut malo aspectu aut in
transmutacione cum domino ascendentis aut cum luminari quod
sit cadens ab angulo aut dignitate sua aut in domo tristitie
Scias quod vincetur ille pro quo petitur Et si ambo luminaria fue-
rint cadencia ab angulis sic et dominus ascendentis ab aliqua
suarum dignitatum Similiter signum petitum maxime si infortuna
fuerit in coniunccione aut in malo aspectu aut transmutacione
alicuius eorum aut aliquod luminarium sit ita cum domino ascenden-
tis Et si signum ascendentis interrogacionis fuit signum femininum
Et dominus eius fuit Saturnus retrogradus aut venus aut luna
et cadens ab angulo et luminaria non fuerint in angulo Scias
quod vincet ille contra quem facta est interrogacio Maxime si fuit
Saturnus in ascendente aut mars in septima in malo aspectu
luminarium aut cum ascendente aut si aliqua infortunarum fuit
cum parte fortune Et si mars fuit in ascendente in coniunccione
Solis aut domini ascendentis et in domo octava cadit mor-
tuum illum pro quo petitur Etiam si fuit sub radiis Solis
in bello Et si in interrogacione non fuerit mars in septima
neque in transmutacione seu aspectu malo cum domino ascendentis
aut Iovis aut cum luminari Scias quod non erit bellum Et si in inter-
rogacione fuerit mars appareat aliquod luminarium aut fuit
in coniunccione illorum et mars aut luminare ad quod applicat fuit
in domo anguli Scias quod habebunt litem magnam si mars
fuit in septima aut in ascendente in aspectu Iovis aut domini
ascendentis Sed si aspectus martis fuit in opposicione cum aliquo
planetarum predictorum aut Iuppiter aut venus appareat unum
illorum de uno alium vero a septili [struck word] concordia et
non litigabunt Et iudicia similia fient Vidistis cum talia acci-
dunt in revolucione alicuius maxime si fuit princeps aut
rex Et quando in revolucione aut interrogacione fuit mars in
domo septima in coniunccione aut aspectu seu transmutacione
Scias quod signat litem bellum seu plurimum Et malum eius durabit
usque fuit Iuppiter aut venus in domo septima octava aut
nona alia revolucione aut alia interrogacione in coniunccione
aut aspectu luminaris Et quando mars neque fortuna qui fuit
in suo aspectu vel in fortuna non fuit in domo septima
octava aut nona non signum litis neque belli in futuro in
ascendente

[margin: ...mars quod signat ... lites et / et belli et salu... / luminare aut tali / planeta aspi[ciat] / ... marte ... / ... et quando est / opposicione ... / ... signat / ... et non / ... et si / ... aut venus / fuerit in domo / septima scias quod concordabunt / et non litigabunt Et similia]

Si aut fuerit quis questionem pro illo qui init ad bellum aut aliquem locum qualiter redibit aspicies ascendens et si fuerit bonus et in bona domo et liber ab infortuniis Et si iuppiter aut venus aut caput draconis fuerit in ascendente liberi ab infortuniis ipse redibit sanus et salvus Sed si fuerit aliquis istorum in ascendente damnatus ab infortuniis cadet quia habebit impedimentum aut erit aspectus in loco quo ivit Et si fuerit saturnus in ascendente aut in decimo ascendentis ipse cadet in bono modo aut cadet de aliquo equo aut habebit aliquod impedimentum Sed si saturnus sit in malo modo in ascendente aut in malo aspectu erit vel domini sui ponuntur cum lapide aut cum ligno Et si mars fuerit in ascendente aut cauda in domo ascendentis in malo aspectu ipsius significat vulnus percussionis et plus Et si malus dolo fuit dominus ascendentis aut mortem ipsius pati aut si infortuna fuerit in octava aut sol cum aliqua illarum ponte sole in octava cadet morte illius ea quesiti

Saturnus et mars simul in ascendente cadet morbum vel in prisionem et plus Et si in ascendente fuerit dominus ascendentis aut iuppiter aut sol obsessus inter duas infortunas aut inter venerem et aspectum alterius aut inter aspectum ambarum id signum significat oppressionem sive carcerem Et si sol fuerit in duodecima combustus cum marte qui sit in decima aut in contrariis planete combusti cum marte significat sol in duodecima et mars in decima cadet captivitatem noviter super illum pro quo postulaverit Et adhuc si mars ac sol fuerit in domo decima et saturnus et luna aut iuppiter fuerint in oppositione solis aut martis captivitatem et carcerem ostendit Maxime si ille pro quo petit habuerit in sua nativitate aliquem istorum planetarum in domo decima

Si vero quis petit si habebit societatem aliquam in eo quod vult inspice respice ascendentem et fortunam et luminaria Et si videris in fortuna infortunam aut infortuna fuerit in oppositione luminarium aut domini ascendentis aut si duo fortune fuerint in oppositione ascendentis scias quod contrariabitur ei quesitum et non attinget ipsum nisi si fuerit aliqua fortunarum in ascendente in sua dignitate vel in secunda aut luminare in bono aspectu alterius fortune Sed si infortuna sit planeta in sua dignitate et in bono aspectu alterius fortune aut si dominus ascendentis aut luminare sit in bono aspectu fortune aut domini fortune sit liberi ab infortuniis scias quod non habebit in quesito Sed etiam si dominus ascendentis aut luminare sit in bono aspectu fortune aut fortuna que in bono aspectu luminaris sit in ascendente aut sedet in aliqua suarum dignitatum et liberi ab infortuniis significat complementum rei quesite

Si qui init ad bellum aut ad aliquem locum

[illegible]

Q de viro in terra aliena an vivit vel sit mortuus

Item Domus octava

Si aliquis de hominibus qui est in terra aliena si sit mortuus (vivus)
vel non aspicies dominum ascendentis et ipsum ascendens et domum
octavam et lunam et si videris infortunas in ascen-
dente vel domo octava ~~una altera vero~~ in octava
altera vero in ascendente aut dominus ascendentis vel luna sub
radiis solis aut in malo aspectu alicuius infortunii coniunctus in
ascendente aut in octava aut quod sit dominus ascendentis in domo
octava in combustione aut in malo aspectu aut tusumtacione
infortunii ostendit mortem hominis quesiti. Sed si ascendens et
dominus eius et luna et domus octava fuerint liberi ab in-
fortuniis et cum fortune scias quod ille pro quo queris non
est mortuus. Et si dominus ascendentis aut luna fuerit obsessus
ab infortuniis ambabus aut inter suos malos aspectus aut in
combustione unius et malo aspectu alterius aut in malo
aspectu solis aut sub radiis eius aut in casu suarum digni-
tatum ostendit quod ille pro quo queritur est mortuus et sepultus
maxime si dominus ascendentis aut luna fuerit sub terra aut
in combustione malo aspectu seu tusumtacione domini domus
octave aut dominus domus octave cum aliis infortuniis coniunctus

Q de hereditate mortui

Si quis petit de hereditate aut substantia mortui alicuius re-
spice dominum ascendentis et octave et ascendens et domum secundam
et octavam. Et si ascendens fuerit domus octave domus et
in sua dignitate et non cadens ab angulo ostendit quod habebit
substantiam quesitam a mortuo maxime si ipse fuerit in bono
aspectu cum domino octave aut lune. Aut si dominus ascendentis
sit in bono aspectu domini ascendentis cum domino octave aut fuerit fortu-
na in domo octava tusumtacione cum domino ascendentis et
liberi ab infortuniis. Adhuc vero si in ascendente aut in 2a
domo fuit fortuna aut luna in aliqua suarum dignitatum
aut domus domus octave fuerit fortuna in bono aspectu
boni planete existentis in ascendente aut secunda domo ostendit
quod habebit substantiam alicuius mortui quesitam. Et si in domo
octava fuerit fortuna in aliqua suarum dignitatum in
bono aspectu domini ascendentis aut lune et liberi ab infor-
tuniis ostendit habere substantiam a mortuo quesitam

Q de timore

Si petit de timore aliquo de quo timet si aut de timore
mortis aut perditionis alicuius aspicies ascendens et dominum eius
et domum sextam septimam et octavam. Et si videris dominum
ascendentis in bona domo cum fortuna et in aliqua suarum
dignitatum et in bono aspectu ascendentis et lunam

Et ascendens et dominus eius octava liberos ab infortuniis
signat quod non habeat timorem mortis Et si inveneris etiam
dominum solis et luna et domini septima non timeat ab aliquo
amisso seu perditione maxime si in aliqua istarum domorum
fuerit fortuna in sua dignitate et in bono aspectu luminarium
aut luminare in bono aspectu et liberi ab infortuniis Sed
si in ascendente vel in octava fuerit fortuna in malo
aspectu ascendentis domini aut lune aut solis timendum de
morte Et si in domo sexta fuerit fortuna in malo aspectu
fortune aut fortuna in malo aspectu infortune aut in malo
aspectu lune ipsa timendum est de perditione Dum si in domo
sexta fuerit infortuna in malo aspectu domini domus sexte
vel domini domus secunde in malo aspectu infortune si-
gnat rem amissam aut timendam in perditione vel aliquid aliud

Domus Nona

Si quis fecerit interrogationem de itinere si fiat vel non
aspicias ascendens aut dominum eius et lunam et dominum nona
et dominum eius Et si inveneris dominum ascendentis et lunam
in domo nona in coniunctione aut bono aspectu aut transmu-
tatione domini domus none et domus non fuerit infortuna questionem
concede quod iter fiet et erit bonum in illa parte illius
nam domini none domus Sed si dominus domus none fuerit in-
fortuna iter erit malum et cum dampno maxime si fuerit
luna in domo nona et infortuna in ascendente Et si dominus
ascendentis habuerit aliquam magnam dignitatem in nona
scias quod sit dominus domus exaltationis aut triplicitatis et fuerit
in ascendente aut in nona in bono aspectu lune et libe-
ri ab infortuniis eundo iter prosperari Et si dominus none fuerit
in ascendente in coniunctione aspectu bono seu transmutatione
domini ascendentis aut lune et dominus ascendentis non fuerit in-
fortuna eundo quod parabit viam et alii mittet sibi
Et si aliquis bonus planeta fuerit in nona in coniunctione
aspectu bono seu transmutatione domini none et aliquis
eorum aspexerit bono aspectu eundo totum iter faciet sic
si dominus ascendentis fuerit in nona in bono aspectu lune
Si autem volueris scire an bonum sit iter vel non aspi-
cias ascendens et dominum secundam et nona Et si ibi fuerit
fortuna aut luminare in bono aspectu fortune aut in
aliqua sua dignitate liberi ab infortuniis tunc eundo bo-
num esse iter et ... et ...

[Margin note:] aut domus eius ... / ... in domo ... / ... aut aliquis ... / ... in con... / ... aut malo / aspectu aut trans/mutatione infor/tune scias ... / ... / te ... sect

De itinere

Q an optatum obtinebit

Domus decima

Si petit si habebit intercedem postulatam a rege respice si dominus ascendentis et decime domus sint coniuncti in ascendente aut in decima aut in transumtacione in istis domibus et cum luna et liberi ab infortunis dicas quod attinget intercedem quesitam. Sed tercia si dominus ascendentis fuit in decima aut in bono aspectu domini decime aut dominus decime in ascendente vel in bono aspectu domini ascendentis aut lune et liberi ab infortunis significat habere quesitum a rege.

Si autem queret de rege si obtinebit civitatem vel regnum aut dominium aliquod respice dominum decime si sit ibi fortuna aut luminare in aliqua sua dignitate et liber ab infortunis dicas quod obtinebit quesitum maxime si ipse planeta fuit cum parte fortune vel in bono aspectu alterius planete et luna non sit cadens ab angulo et si constellacio fuerit ut supra et cetera.

Q an obtinebit officium a rege vel amiciciam alicuius et vel promissa

Domus undecima

Si petit si attinget officium regale sicut si erit thesaurarius regis vel habebit aliquod aliud officium regis domus vel si habebit amiciciam alicuius aut proximitatem carus (?) cum aliquo domino aut si habebit aliquid quod promissum fuit ei aut si lucrabitur aliquid in tentorio aspicias dominum ascendentis et undecime domus. Et si inveneris in undecima et ascendente fortunas in coniunctione bono aspectu aut transumtaciones in aliqua statu dignitatum et liberi ab infortunis et luna quod sit non cadens ab angulo dicas quod complebitur quesitum. Et si domini undecime fuerit fortuna et in ascendente in quarto quadrante (?) erunt luna in aliqua sua dignitate aut in undecima aut in coniunctione lune a parte fortune et liberi ab infortunis dicas quod recuperabitur quesitum. Et si domini undecime fuerit in undecima in bono aspectu lune cum lumine et liberi ab infortunis dicas quod recuperabitur quesitum.

Q de concordia inimicorum

Domus duodecima

Si petit an fiat concordia inimicorum alicuius aut non aut alicuius prelii aut amicicie cum vicinis legis aspicias ascendentis et domini eius et domini duodecime et domini eius et luna. Et si inveneris in domo duodecima aliquam infortunam in sua dignitate cum luna aut in bono aspectu domini decime aut coniunctionem domini decime et in bono aspectu alterius planete signat amiciciam et concordiam. Et si domini ascendentis et domini decime fuerint in quarto in aliqua statu dominandi in bono aspectu fortune dicas quod inter se fiet pacem fieri et concordiam.

Si quis querat de guerris bellis minimis si erunt vel fiet
aut non, respice duodecima domum et si inveneris in ipsa
martem in coniunctione malo aspectu seu transmutatores dominus
martis in coniunctione malo aspectu seu transmutatores dominus
ascendentis aut lune scias quod erunt guerre quesite. Si
aut in domo duodecima fuerit luna et mars in nona
transmutatus aut malo aspectu scias quod minime volunt
ab istra ad faciendum guerras. Et secundum hoc ita si fuerit
mars in duodecima et luna in nona aut luna in domo
martis in coniunctione malo aspectu aut transmutatores eius
et aliquis eorum in ascendente aut in nona aut in de-
cima scias quod signat habere guerras

Si quis querat si erunt equi aut si habebit comodum in
emendo eum aut similia, respice ascendens et dominum eius
et lunam et domum duodecimam. Et si in domo duodecima
fuerit sagittarius aut aquarius fortuna in domo duo-
decima maxime si fuerit iuppiter cum bono aspectu aut con-
iunctione lune aut luna in bono aspectu Iovis et liberi
ab infortuniis significat erunt equi et habere comodum in dicto
equo et cetera

Si aut querat si habebit comodum in gregibus quadrupedum
aspicias duodecimam. Et si inveneris fortunas in signo
bestiali sicut in ariete tauro sagittario aut capricorno
in bono aspectu lune aut domini ascendentis aut si fuerit
luna aut dominus ascendentis in duodecima in aliquo predictorum
signorum et liberi ab infortuniis scias quod habebit lucrum
in grege quadrupedum natura illius signi existentis in duodecima
et si sit taurus in bobus etc. Et secundum hoc erit in
aliis rebus que sunt de natura domus duodecime. Et de
aliis quia semper est aspiciendum ad naturam rei et domus eius
Et qui volueris scire si sit vel erit comodum vel dampnum in
aliquo quesito respicias tria. Unum si aspicit ascendens
luminare aut fortuna bene aut sit in eo quod erit unde
bonum. Et secundum est quod aspicias secundam domum si sit tibi
luminare aut fortuna et luminare sit in bono aspectu
fortune aut si dominus secunde aspicit bene ascendens
vel dominum eius quia erit unde bonum et comodum. Tercium
est quod aspicias septimam si sit tibi fortuna aut luminare
in bono aspectu fortune unde bonum et comodum et cetera
si in omnibus fuerint in fortune et sic per ceteras duo-
decim domus interrogacionum

Et notandum amplius quod si quis querat de aliquo appreciis

Generalia questionum

generalia in omnibus interrogationibus

Signum et domum illius rei quesite Et si inveneris quod sig-
num sit in domo firma et luminare sit ibi in coniunctione
bono aspectu seu transumptacione fortune aut fortuna
cum luminari et liberi ab infortuniis et in aliqua suarum
dignitatum Et quod aliquis predictorum planetarum appareat bene
ascendens scias quod signat complementum quesiti maxime
si dominus domus predicte fuerit fortuna aut luminare et
fuerit ibi in domo propria in coniunctione aut bono aspectu
domini ascendentis aut lune Item si dominus domus que-
site fuerit de natura domus quesite et in domo anguli
in aliqua suarum dignitatum et in coniunctione bono aspectu
seu transumptacione cum domino ascendentis aut cum luna
et liberi ab infortuniis cum luna (luminari) significat complementum
rei quesite maxime si dominus ascendentis steterit in
aliqua suarum dignitatum absque dampno solis aut alicuius
infortune in domo anguli aut in domo spectante rei
quesite aut si fortuna fuerit in ascendente aut domo
sua cum luna (luminari) et liberi ab infortuniis aut luminare cum
fortuna appareat bene ascendens aut sedam domum

Notandum etiam quod iudicia interrogationum sunt ita sic
dicendo scilicet quod appareat primo ascendens et septima et
domum nature rei quesite Et si inveneris in quarum quod istarum
dominorum planetarum de natura domus rei quesite in signo
de natura domus quesite in bono aspectu ascendentis domini
aut lune cum luna in coniunctione unius luminaris aut
fortune que sit in ascendente aut in sede aut in medio
celi in aliqua suarum dignitatum liberi a coniunctione malo
aspectu seu transumptacione infortunarum aut si luminare
vel fortuna appareat bene ascendens cum aliis predictis
etiam ostendunt complementum rei quesite Si aut sunt
planete predicti ipsi in suis dignitatibus aut in gradibus stellarum
fixarum de magnitudine prima aut sede ostendit multi-
tudinem suarum prosperitatum et prosperitates et divicias et
honores et nobilitates rerum quesitarum Sed si fuerint
cadentes a suis dignitatibus ostendunt paupertates et pau-
citates et infortunia Sed si interrogatio fuerit pro
coniugio Et inveneris lunam in septima cum luna (luminari) in signo
in quo habeat aliquam suarum dignitatum antedictarum
sunt domus exaltationis aut triplicitas in coniunctione bono aspectu
aut transumptacione cum domino ascendentis aut cum luna

Cap. de coniugio

Et liberi ab infortuniis et luna non fuerit cadens ab angulo et cum lumine Veneris quod sit edangen

Et si queratur pro illo qui est extra patriam an veniet cito ~~angelus~~ aspice si inveneris in ascendente lunam vel lumine aut respicientes se in aliqua suarum dignitatum in bono in tercia aut in quarta in aliqua suarum dignitatum in bono aspectu ascendentis aut domini eius liberi ab infortuniis ostendit quod veniet cito aut veniet iam quarum scit. Si autem queritur de dignitate officio promissis respice Jovem et si inveneris ipsum in domo signante ipsam rem quesitam sive in secunda sive in decima in quarta sive dignitate in quinta aut undecima sive promissa. In quarta sive dignitate in quinta aut undecima sive officium. Et si ipse fuerit in aliqua suarum dignitatum in communi bono aspectu seu transumptione domini ascendentis aut lune liberi ab infortuniis complebitur quesitum et econtra si fuerit oppositum

Si autem sit questio de itinere guerra aut lite respice mar-tem si inveneris eum in domo spectantis quesiti scilicet in septima de lite in nona de itinere in duodecima de guerra et fuerit mars in aspectu domini ascendentis et lune ostendit quod erit quesitum et bonum et malum sequentur interrogantem secundum dignitates martis vel econtra. Et si quer-atur de rege respice solem si sit in ascendente aut de-cima in ariete aut leone aut sagittario in bono aspectu domini ascendentis aut lune ostendit quod habebit quesitum a rege. Et si queratur de nuncio carta vel libro aut super mercantia scriptura aut aliquo re-ferendo respice mercurium ut supra in aliis in domo spectantis rei scilicet in ascendente pro scriptore quarta pro mer-cantia decima pro sentencia. Si autem sit questio de hereditate aut infirmo respice saturnum sicut ut in aliis supra dictis in domo quarta scilicet hereditas et in octava ostendit sive mortuos et in sexta infirmos ~~famulos~~ sanguinarios aut res amissas recuperandas aut debita aut res furatas vel medicamenta. Et notandum quod qui planeta aut signum fuerit in domo spectantis interrogationis indicium ~~talis~~ tale nunquam poterit exarari nisi planeta sit in casu sue dignitatis scilicet domus exaltationis aut triplicitatis que-tur non implebitur penitus immo deficiet in aliquo que-maniet liberi sed non perficietur. Sed si inveneris plane-tam spectantis rei in aliqua sua dignitate predicta in ascendente aut septima aut bono aspectu domini ascendentis vel lune et ~~tractu~~ erasi ab infortuniis et cum lumine. Aut si luna in coniunctione bono aspectu aut transumptione planete qui est de natura rei quesite aut

[D]ominus eorum appareat ascendenti et aspiciat se de natura rei quesite aut in ascendente aut in septima quia illa ostendunt complementum rei quesite

nota hic

Et nota quod planete qui sunt in ascendente ostendunt illud quod est in presenti et manifestabitur cito. Et qui sunt in septima ostendunt illud quod sequitur deinde. Et signa mobilia ostendunt res variabiles, et fixa ostendunt veritatem rei, et mobilia vero ostendunt res associatas

Et si in hora interrogationis fuerit sol aut luna in aliqua earum dignitatum in ascendente aut in bono aspectu gradus ascendentis vel presit ostendunt complementum quesiti. Maxime si sol fuerit liber ab infortunis. Et secundum hoc ita ostendunt et planete ceterum que sunt de sua natura fortuna cum sunt in suis dignitatibus, aut in orizonte orientali in bono aspectu ascendentis.

nota de aspectibus

Et nota quod mali aspectus luminarium aut fortunarum non significant comoda nisi in recapitulando debita et similia. Et boni aspectus infortunarum significant labores et pericula cum modico comodo aut mali aspectus infortunarum significant pericula dampna et amissa. Et aspectus planetarum ad invicem aut cum ascendente a 3 gradus (aut 3 gradus) per gradus ostendunt rem perfectam et res non permansuram. Et aspectus qui sunt adhuc in minus quam octo gradus ostendunt de futuris que erunt cito. Et demonstratio planetarum aspicientium ascendentem est secundum naturam aspectus. Et signa in quo sunt et et aspiciuntur in quibus ipsa est cum aliis planetis, maxime cum luminaribus aut domino domus septime aut domus quesiti. Et ipse planete qui fuerint in suis domibus scilicet domus ascendentis seu presit qui fuerint in ascendente et luna ostendunt illud quod erit de quesitore aut de illo pro quo cum fit interrogatio.

de significatoribus quesitorum

nota Ptholomeum

Sed significator quesiti accipit Ptolomeus est planeta qui habet plures potestates in ascendente aut loco luminarium coniunctionis aut oppositionis precedentis ante interrogationem aut in ascendente aut in locis luminarium aut partis fortune hore interrogationis. Quia si huiusmodi planeta sit in angulo maxime in medio celi aut in domo anguli aut in bono aspectu luminarium in hora interrogationis iudicabis secundum ipsum tam in bono quam in malo et non aspicies aliud. Et qui talis significator est bonus et aspiciunt eum ascendens aut luminaria aut quod sit cum parte fortune in ascendente aut in medio celi in aliqua suarum dignitatum iudicat bene de natura suis significationis et domus in qua ipse est. Et si significator eius sit infortunata ostendit ergo

de rumoribus an sint veri an non

Si autem queratur de rumoribus an sit vera vel non aspicies

primo signum ascendens aut sit aereum vel aquaticum in hora
interrogationis presumunt quod sit inundatio. Si igneum vel
terreum verum erit. Item apparet dominus ascendentis vel
luna si est aliquis eorum sub radiis solis et nulla pla-
neta appareat ascendens tunc nova sunt vana. Sed si dominus
ascendentis et ceteri fuerint in contrariis aliquibus istarum do-
morum aut in aspectu existentes aliquo eorum in sua digni-
tate aut in angulo aut in luce scias quod nova sunt vera.
Et si luna fuit in aspectu inter eius in signo fixo et ali-
quis eorum in domo anguli et luna in lumine scias
quod nova sunt vera. Et si in hora qua venit nova fuerit
in angulo ascendente aliqua stellarum fixarum que va-
cantur ... aut si dominus ascendentis fuit in angulo in quarto
aut aspectu domini domus quaerentis aut domini domus spei
... quesite aut domus novi aut lune, crede quod nova
sunt vera, maxime si aliquis eorum fuerit in aspectu suis
fortunis in ascendente aut in domo sua aut in luna aut
cum parte fortune. Et si nova sunt de homine mortuo et
dominus ascendentis aut luna aut aliquis significatorum fuit
sub radiis solis scias quod crede quod mortuus est corporaliter aut mo-
rietur cito, maxime si dominus ascendentis fuit in domo octava
aut in malo aspectu infortune existentis in octava. Aut si do-
minus ascendentis vel aliquis luminarium fuit in coniunctione malo aspectu
seu translationibus domini ascendentis aut lune. Aut si
in domo ... vel ... fuerit planeta de re novali
in coniunctione aut aspectu lune aut domini ascendentis aspectu
convenienti. Aut si dominus ascendentis vel luna fuit in domo
... rei quesite in coniunctione aspectu seu translationis domini domus
domus quesite scias quod nova erunt vera. Et vera erunt
nova si luna appareat ascendens aut planeta de re
rei quesite aspectu convenienti in novis maxime si luna
fuit in signo fixo aut domo anguli aut signo qua-
litatis novarum. Si autem in hora audicionis novarum nil
de hoc invenies sed oppositum horum, que dicimus no-
va erunt fallacia. Et si constellatio ... hore fuerit
concordans cum re novarum erunt vera. Que si non
fuerint erunt amplius ... dubitare. Si autem constellatio eiusdem
hore sit varia ab istis ... nova sunt fallacia. Et
nota quod bone constellationes signant bonum et male constellationes
malum et dampnum. Et qui luminare aut fortuna fuerit
in bono aspectu ascendentis aut domini sui aut lune

nova

or

De novis ...
nova

nova

... de ...

Et in bono signo et domus eorundem bone et [illegible] maxime
si fuerit dominus ascendentis et liberi ambo a coniunctione seu
malo aspectu Saturni super Saturnus non fuerit in ascendente
neque in septima erunt nova vera. Si autem mercurius et luna
fuerint in signo fixo in bono aspectu alter eorum dominus ascendentis
et luna in lumine et liberi ab infortuniis erunt nova vera.
Sed si saturnus fuerit in ascendente aut in septima aut in malo
aspectu lune nova sunt vana. Et nota quod nova erunt vera
si in hora interrogationis fuerit ascendens signum fixum et
luna et mercurius fuerint in signo fixo. Et ad hec (?) luna
quod separet a fortunis maxime si fortuna a qua separatur luna
sit in angulo

a ascendentis / quicquid fortuna / et infortunia et sa[illegible] / in hora interrogationis / nova erunt vera (?) / mercurius luna bene / et aliquis eorum fu- / erit dominus ascendentis / et liberi ambo

Nota

Capitulum duodecimum de electionibus horarum quibus incipiunt homines ea que volunt facere

Primo aspicies quod tempus e quatuor temporibus anni quod
sit sufficiens ad operandum quicquid volueris. Deinde aspicies
constellationes sufficientes ad rem quam vis facere. Et similiter
pro talibus rebus debet homo aspicere tempus et constellationes suf-
ficientes que sunt medicinales quas homo debet signare pro sanitate
custodia sui corporis et sunt hec scilicet preservatione sanitatis fle-
botomia [cura] et curatione. Et nota quod tempora anni sufficientia ad
conservandum sunt initium veris aut finis autumni et sunt
[illegible] tempora estatis et hiemis propter distemperantiam eorum. Et
quando aliquis voluerit conferre in aliquo tempore predictorum caveat
a diebus frigidis aut calidis valde et ventosis et eligat
dies temperatos calidos humidos in quibus nil de calido
aut frigido excessivo sit. Tunc aspiciat die habente bonam
constellationem et quod non sint luminaria aut stelle fixe de
magnitudine prima in coniunctione malo aspectu seu in
[illegible] infortunii. Et quod sit luna in quarto (?) bono
aspectu seu translatione Veneris Jovis aut Solis. Quare
tunc scias quod est bonum tempus ad conservandum et custodiendum
sanitatem et ad perficiendum corpori et [melioranda (?)] complexio-
nem suam. Sed si homo conturbatur in diebus mali frigoris aut
mali venti aut male caliditatis aut quod sint luminaria
cadentia ab angulis et in quadratura aut malo aspectu in-
fortunarum oportet tunc sanabitur complexio sua aut
fiet egritudo. Et si volueris facere flebotomiam aspi-
cies alia tempora et constellationes. Et scito quod melius
tempus flebotomandi est tempus veris ac dies [illegible]

conuenda (?)

[illegible]

Electio pro flebotomia

[illegible] / flebotomiam

Non fuit male velut et qui non fuit luminaria in geni-
tori malo aspectu seu transumtarior infortunius. Aut
cum fuit luna in signo aereo aut igneo in genitori
aut aspectu Iovis vel Veneris aut in bono aspectu solis
tunc est bonus dies ad flebotomandum. Sed non convenit
flebotomari cum luna fuit in geminorum signo nec
in aspectu inferiori quia est pessimus ter febri vel pro
longius si quis flebotomatus fuerit aut tetigerit cum ferro
membrum de illa signi in quo est luna nocebit membro ipsi
et dixit Albumasar non est bonum facere flebotomiam luna existente
in signo geminorum. Hic non est bonum uti ventosis luna
existente in tauro et si flebotomatus fuit luna existente in signis
predictis extra geminorum signum seu genitori aut bono aspectu
Iovis fluet bene sanguis ab eo et meliorabit complexio
eius et augmentabitur salus eius. Sed si flebotomatus fuit
in tempore distemperato et in die male constellationis existente infor-
tunia in ascendente septima aut medio celi aut luminari
bus combustis vel infortunatis aut stelle fixis de magni
tudine prima aut secunda in malis aspectibus infortunatis
scias quod dampnabitur complexio eius et causabitur ei egritudo
magna si luminaria aut infortunia fuerint in angulo
angulorum tunc dictorum. Si autem volueris dare me-
dicinam solutivam debes eligere tempus et constellationes et dies
sufficientes ad hoc. Et melius tempus anni ad hoc est ver
et initium eius et finis autumni in diebus temperatis in ca-
liditate et frigiditate. Et sit tempus quietum et aspectus dierum
in quibus sint luminaria et fortune liberi ab infor
tuniis et a combustione et malo aspectu dans magnum aspi
ciens horam in qua fuit in fortuna aut planetis da-
natus ab infortunia aut illa stella fixa que di
citur maior in oriente aut super terram in orientali quam in
occidentali et caveas ab combustione medicine quia est
tunc cum mortis aut egritudinis. Et quod fuit ascendens
in tali hora signum aquaticum aut luna fuit in signo
aquatico aut tempore et dies ascendentis sint sub terra ita
quod non sit cauda maior nec alia infortuna super orizontem tunc
dabis medicinam solutivam et curabitur bene corpus ab
humoribus nocivis per potentiam medicine et purgabitur
corpus suum et meliorabitur complexio. Si vero luna
esset sub terra in aspectu boni ascendentis quod esset super
in aspectu veniet medicina. Et si luna sit sub genitori
aut aspectu Iovis aut sit luminis medicina nichil operabitur

E tertio
pro me-
dicina
solutiva

Hec cave

Et si tamen maior aut infortuna esset in ascendente
aut luna in tauro hora commotionis medicine nocebit
corpori et erit ex consuetudinibus. Unde ptolomeus dicit quod qui
acceperit medicinam luna existente cum iove verum minuit opus
medicine. Et ille in centilogio suo dicit accipe medicinam non est
opus ut corpori sed opus quod vi retinentibus in corpore. Et si
luna fuerit cum iove dabit ipsi virtutem contra medicinam corporis
Et ideo videmus quod qui ... qui accipit medicinam olfaciunt bonos
odores confirmat opus medicine. Et dicit ptolomeus quod qui acce-
perit medicinam cum luna fuerit in cauda scorpionis aut [illegible] et
dominus ascendentis fuerit in aspectu stelle existentis in medio celi quod
medicina non proficiet ei. Si vero fuerit in aspectu stelle existentis
sub terra proficiet medicina dicit albumasar. Meliora signa
in accipiendo medicinas purgativas sunt aquarius et ulti-
[illegible] scorpii et piscis et cancer. Et melius est quod in hora
qua accipiat quis medicinam sit luna in signo aquatico et
ascendens sit aquaticum

Et quia accidit hominibus construere [illegible] et [illegible]
ut aperiant vel fontes vel igne ut fluat aqua est tunc
eligenda hora in qua sit luna in signo aqueo in bono aspectu iovis
aut veneris et liberi ab infortuniis in angulo maxime in ascendente
aut ponas fortunam aliquam in ascendente et tunc facias fontem
cum igne et facies prosperum quod volueris

Pro electione [illegible]

Si autem volueris facere aliquam aliam electionem ad incipi-
endam rem que tendat ad bonum accipe aliquod signum quod
sit de natura rei quam volueris facere et ponas ipsum ascendens
et si in die in quo sit dominus ipsius signi in elementarium
signo de natura signi ascendentis aut lune aut [illegible] sunt in signo
de natura illius rei quam incipere volueris et si non fuerit luna
neque dominus ascendentis damnati ab infortuniis contra adiuvent
a fortunis quia tunc omnia tendent ad bonum. Peregrina si

Electio pro itinere

vis peragrare iter aliquod per terram pone ascendens capri-
cornum quod est terreum et mobile et lunam in pisce quia signat
[illegible] sit tamen luna in tercia domo quia est domus itineris
et signat iter et cum hoc fiat iter cito et letanter. Et si sit fortuna
in ascendente aut secunda in coniunctione aut bono aspectu lune
et liber ab infortuniis tendet negotium ad bonum et commodum
Et si fuerint infortune erit econverso. Sed si aliqua infortunarum
aspiciat bene lunam signat laborem sine commodo et quod non [illegible]
-citabit illud ad quod vadit

Electio pro accedendo ad regem

Et si volueris ire ad regem pone ascendens bene [illegible] et quod sol ☉
bene aspiciat ipsum et quod sit luna in aspectu in domo decima

in coniunctione aut bono aspectu cum [illegible] aut cum
Sole et quod sit cum luminare et ascendente et luminaria quod sint
libera ab infortunis in domo septima tunc cum incipe verba
sua et tractabis cum rege illud ad quod vadis tibi et
bene vadet quia Sol et Luna habent maximum vigorem
in hoc et aries signat reges Igitur quando aliquis dominus
eius ascendentis fuerit in signo aut domo que testatur super reges
Et significant habere quicquid petit a rege ita tamen quod non
impediat aliqua infortunarum Et secundum hoc iudicabis
in aliis electionibus secundum naturam rei quesite
Si autem volueris facere aliquod alicuius peregrinacionem respice signum
ascendens revolutionis anni scilicet illius puncti in quo ingressus
fuerit sol in ariete Et si fuerit domus luminaris aut fortune
et ponas ipsum signum in ascendente et dominum eius in do-
mo bona et quod sit in coniunctione aut bono aspectu lumina-
ris aut fortune aut in aliqua suarum dignitatum et Luna
cum luminari in domo proprietatis rei quam volueris operari
et in bono signo et domus sit libera a dampnis infortunarum
et tunc incipe opus tuum Nam si signum et fiet multum
mirabile Et ponas lunam cum lumine in ascendente
revolutionis predicte aut in medio celi aut in domo proprietatis
rei quesite in coniunctione aut bono aspectu domini ipsius signi
aut Solis aut fortune et libera ab infortunis ipsi et anguli et
domus prima et septima tunc incipe et fiet multum
bene apud eum Nam si signum predictum fuerit domus in-
fortune aut quod sit cum eo infortuna aut luminare Sol
fortuna in malo aspectu infortune aut infortuna in angulo
que dampnat luminare aut fortunam in aliqua hora istarum
caue ne tunc sit tibi ascendens tale signum neque medium ce-
li neque dominum proprietatis rei quesite in hora incepcionis
neque ponas in eo Lunam nec planetam aspicientem ipsam
neque ascendens aut dominum eius quia non fiet desiderium
tuum et accidet tibi infamia et dampnum in malo modo Et
tunc est tibi aspiciendum ascendens et angulos coniun-
ctionis aut opposicionis preterite ante electionem et caue ergo
in huiusmodi electionibus signa quibus fuerint infortune
aut fortune dampnate ab eis quod non ponas ea in ascendente nec
in domo proprietatum rei quesite aut incepcionem fundamenti
quia accidet inde dampnum sed semper accipe signum in quo
sit fuerit fortune aut luminaria in bonis aspectibus fortunarum

De domino hore in electionibus

Et pones ipsum ascendens signum aut dominum propositatis nego
cii faciendi et hoc est secretum
tiam si volueris facere aliquid tendens ad bonum elige do
minum hore quod sit bonus aut fortuna et quod sit in aliqua
suarum dignitatum aut in domo nature ipsius operis quod
vis facere ita quod sit liber ab infortuniis et a malo aspectu
Solis et Lune et quod sit cum lumine et directus in coniunctione
bono aspectu transumptione luminarium aut fortune et quod non
sit in gradu stelle sive male neque sit sub terra et in hoc inveni
maximum iuvamentum manifestum

Electio ad faciendum [illegible] fortunatis

Si autem volueris facere rem aliquam bonam respice ascendens
et quando fuerit Luna in bono signo in coniunctione aspectu
aut transumptione ~~in~~fortune aut bono aspectu Solis et quod in
fortune non sint in coniunctione aspectu seu transumptione
luminarium neque cum domino ascendentis et quod sit ascendens bo
num et omne quod tunc fiet erit bonum

Electio pro occultis

Si autem volueris facere aliquod occultum quod non propaletur
neque sciatur aspicies quando sit Luna sine lumine et quod
sint luminaria sub terra et meliores domus huius sunt tertia
quarta aut quinta Nota Et nota quod omnes aspectus
mali fortunarum adinvicem significant bonum causa faciendi
malum aut causa mali aut cum aliquo malo et boni aspectus
infortunarum cum fortunis significant malum causa faciendi bo
num et boni aspectus bonarum planetarum cum bonis significant
bonum causa boni et mali aspectus malorum adinvicem significat
malum causa mali Experimentum certum

Electio ex nativitate sive figura nativitatis

Si vero in nativitate hominis ~~[illegible]~~ pro quo facis electionem
fuerit luminare aut fortuna scilicet si ipsa fortuna aut
luminare sint damnati ab infortuniis quod non sunt in electionibus
quas feceris Luna in coniunctione aut aspectu talis planete
damnati Et secundum hoc in quacumque anno sit in revolutione
eius planeta damnatus facies ita Si vero in nativitate aut
revolutione fuerit aliquis bonus planeta in angulo et bono aspectu
fortunatus pones in quacumque electione lunam in simili aspectu
aut coniunctione talis planete Secundum quod fuerint in nati
vitate aut revolutione ipsius hominis amplius scias [illegible]

IV

De

cor

Avg

Sum Petri

[F]redericus miseratione divina sacrosancte Romane ecclesie tituli sancti Luce in
presbiter Cardinalis [illegible] [illegible] et [illegible] ac [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] per mortem et obitum honorabilis Johannis
[illegible] [illegible] honorabilem Johannem [illegible]

Liber primus

Cogitanti mihi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sunt

[illegible] [illegible] in rebus [illegible] [illegible] [illegible]

Omnia sunt hominum [illegible] pendentia filo

[illegible] ego [illegible] [illegible] [illegible] te

Nunc ego fortunae telluris confero [illegible]

Pectore [illegible] [illegible] nisi [illegible] [illegible]

Jacobus Radcl[illegible] [illegible] 16[illegible]

Hunc librum possidet Jacobus Radclif

A. D. 1622.

1850